Duobus documētis presens absoluat predicamētū: primum sit tale: suscipere magis ⁊ minus ī quātū valet tm̄ ꝙtū intēdi ⁊ remitti sm quādā vigorationē ⁊ pfectionē itrinsecā conceditur qualitatib⁹ ⁊ in abstracto ⁊ in cōcreto prime secūde ⁊ tertie: non quarte speciei: hoc fundamētoꝝ qualitates de quarta specie ex sua formali ratōe sunt termini ⁊ fines ꝙtitatū: alie ꝙlitates nō hñt rōez finis nec termini: precisa aūt cā suscipiēdi magis ⁊ min⁹ ē latitudo quā habet forma in essentia sua ad gradus fluentes ⁊ refluētes. ⁊ ratio est ista: cōtraria ī sūmo nūquā se cōpatiunt: sed remissa: ⁊ hoc non est nisi: quia aliquid est in contrarijs intensis: quod non est in remissis: ⁊ illud aliud non potest esse aliud ⁊ aliud esse quod habent in subiectis: quia prior est incompossibilitas eorum in sūmo ex parte formarum ꝙ ex parte subiectorum: vt in subiectis: quia enim inter se sunt incompossibiles: ideo non compatiuntur se in eodem subiecto: ergo illud aliud propter quod non compatiūtur se in sūmo est aliquid se tenens ex parte ipsarum essentiarum in sūmo: ⁊ vocatur gradus intensus. Item propono hanc consequentiam: hoc est calidum vt quattuor ⁊ frigiduz vt quattuor ergo caliditate vt quattuor ⁊ frigiditate vt quattuor: ergo qualitates in abstracto suscipiunt magis ⁊ minus: qualitates tamen de tertia specie intenduntur ⁊ remittuntur per admixtionem contrarij: non autem omnis intensio oritur ex contrarietate: lumen nāqꝫ ⁊ scientia intenduntur ⁊ remittuntur absqꝫ contrarij permixtione: vnde solit⁹ sum dicere ꝙ nulla forma suscipit magis ⁊ minus sz rationem speciei: quia ratio speciei accipitur a differentia specifica: differentia autem specifica consistit in indiuisibili: sunt eniz species sicut numeri: sed bene forma suscipit magis ⁊ minus quoad partes sm speciem: non quo ad partes sm materiaz. ⁊ ratio ē: primo de generatione trigesimotertio trigesimoquarto quelibet pars aucti est aucta sm speciem non sm materiam: ⁊ vocantur autem partes sm speciez que sunt partes rei vt constituitur in tali esse specifico: veluti crus ⁊ digit⁹ partes exposcūt determinatas figure

ne quibus eorum forma saluari non posset: partes
ꝫm materiaꝫ sunt ille sine quibus possunt crus ⁊ di
gitus permanere ꝫm speciem cruris ⁊ digiti: vt ille
que fluunt per macerationē ⁊ impinguationeꝫ ergo
cum quelibet pars aucti sit aucta ꝫm spēm nō ꝫ ma
teriā: quelibet ps forme intēse erit intēsa ꝫm speciē:
non ꝫm materiā: ergo quēadmodum auctum manet
idem in toto augumento: ita qualitas intēsa pmanet
ꝫm suam essentiam inesse intēso ⁊ fixo in tota intēsio
ne ⁊ remissione: ⁊ ita gradus fixi sunt ꝫm spem: fluē
tes ꝫm materiā: ⁊ est obseruandum ꝙ gradus caldi
tatis se habent respectu caliditatis: velut pars ma
terialis ad indiuiduū cuius est pars materialis: quē
admodum enim hec caro ⁊ hoc hos relata ad sorteꝫ
manēteꝫ idem indiuiduū a principio vite vsqꝫ in fi
nem fluunt ⁊ refluunt: ita gradus caloris relati ad ca
lorem manentē eundē numero a principio alteratio
nis vsqꝫ in finē fluunt ⁊ refluunt: ⁊ sicut hee carnes
⁊ hec ossa non sunt aliena a natura sortis: licet nō in
cludantur in ratiōe eius essentiali: ita isti gradus ca
loris non sunt accidentia superaddita calori: lꝫ sint
extra rōnem eius quiditatiuā: ⁊ hec est causa ꝙ soleo
cōcedere: caliditas suscipit magis ⁊ minus ꝫ essen
tiā: quatenus gradus caliditatis non dicunt reꝫ alte
rius generis superadditā: sed reꝫ exprimunt eiusdē
generis ⁊ speciei ⁊ indiuidui: licet in ratione quidi
tatiua caliditatis tales gradus non includātur: dicū
tur ergo gradus partes materiales: quia non inueni
untur in essentia forme: ⁊ nō sunt qualitates per se
⁊ directe: sed per reductionem ⁊ indirecte. Contra:
dicit Aristo. qualitates prime ⁊ tertie speciei suscipi
unt magis ⁊ minus in cōcreto nō in abstracto: ⁊ qli
tates quarte speciei nec in cōcreto: nec in abstracto:
⁊ confirmatur per hoc qđ dicit pho: quidaꝫ dubitāt
si iusticia dicatur ꝫm magis ⁊ minus ab alia iusticia:
⁊ sanitas a sanitate: aut grammatica a grammatica:
⁊ sic de alijs effectibus: ⁊ istam opinionem dimitti
stare: ⁊ eligit aliam: videlicet ꝙ ꝫ quod subiecta su
scipiunt tales effectus ꝫm hoc magis ⁊ minus dicū
tur: grammaticior eiꝫ alter altero: iustior ⁊ sanior no
minatur. Item auctor sex principiorum ait: forma
est simplex ⁊ inuariabili essentia consistens: nihil eiꝫ
differt dicere albedinem claram ꝙ̃ suscipiens clarū.
Solutio est: cum Aristoteles dixit album suscipere
magis ⁊ minus nō intendebat excludere quin albe
do ipsa susciperet: quinimo hec erat eius probatio:
effectus formalis albedinis suscipit magis ⁊ minus
ergo ⁊ causa formalis: vnde ē hec ratio validissima:
vnus homo in essendo hominem non est magis ho
mo ꝙ̃ alius homo: ergo forma substātialis hominis
non suscipit magis ⁊ minus: ergo per effectum for
malem manuducitur intellectus humanus in cogni
tionem cause formalis: ergo siquis probare conten
dat albedineꝫ suscipere magis ⁊ minus: optima erit
hec probatio: album suscipit magis ⁊ minus: er
go ⁊ essentia albedinis suscipiet magis ⁊ minus:
⁊ confirmatur per ordinem processus Aristotelis:
premittit enim primo conclusionem suam: suscipit
magis ⁊ minus qualitas: ⁊ statim hoc probat sub
dens: album enim magis ⁊ minus dicitur: ⁊ iustum:
sꝫ si vellet dicere ꝙ albedo suscipit magis ⁊ minus
ꝫm esse quod habet in subiecto: ⁊ per hoc exclude
re q̃ in essentia non suscipit magis ⁊ minus: pbatio
sua ꝯdiceret ꝯclusiōi ppositę: quā pmisit pbandā. Itē
cū dicit: albū. n. suscipit magis ⁊ min⁹: si li. n. dicit

redditionē rōis ei⁹ qđ pponit pbādū: nō autē dicit
exclusionē eius qđ principaliter proponit pbandū:
ergo est pbatio nō exclusio. Item Aristoteles ipsam
generalem rōnem qualitatis pbat in ordine ad esse
suū i subiecto: qꝛ q̃litas ē ꝫm quā quales dicunt: ispe
cies etiā qualitatis pbat in ordine ad subiectum: in
prima specie habitus ⁊ dispōnes dicunt: que de dif
ficili insunt vel ā mouent: in scđa specie potentia na
turalis vel impotētia ꝫm quā pugillatores vel curso
res dicunt: in tertia specie passiones vel passibiles
qualitates: qꝛ quecūqꝫ hec suscipiūt ꝫ ea qualia di
cuntur: quartū etiaꝫ genus qualitatis ē forma ⁊ cir
ca aliqđ cōstans figura: ⁊ ꝫm hec qualia dicunt: per
hoc ergo pbat genus qualitatis ⁊ oēs species quali
tatis in ordine ad subiectū: ⁊ nō intendit negare qn
quelibet species habeat essentiā: ita bñ sicut eē: imo
eo ipso qđ ꝫ esse in subiecto: pbatur ꝙ habet essen
tiam aliquaꝫ in subiecto ergo a simili per hoc ꝙ pro
bat ꝙ qualitas suscipit magis ⁊ minus in ordine ad
subiectuꝫ in quo ꝫ esse nō excludit qn suscipiat ma
gis ⁊ minus in essentia. Itē nō soluꝫ probat species
qualitatis in ordine ad subiectum: sed ⁊ pprietates
eius inter quas vna est suscipere magis ⁊ min⁹: ait
enꝫ inest aūt cōtrarietas qualitati: vt albedo nigre
dini ⁊ iustitia iniustitie cōtraria sunt: similiter iustuꝫ
⁊ iniustuꝫ: album ⁊ nigruꝫ: sed certuꝫ est ꝙ lꝫ albedo
⁊ nigredo pbentur esse cōtraria p exēpla que expri
munt esse eoꝝ in subiecto: vt album ⁊ nigrum: ipsa
tamē per essentiā suam cōtraria sunt: ergo sic in ppo
sito lꝫ qualitas probetur suscipere magis ⁊ minus p
esse in subiecto: tñ per essentiaꝫ suscipit: ⁊ qđ addit
ꝙ Aristoteles relinquit opinioneꝫ que affirmat iusti
tiam suscipere magis ⁊ minus: ⁊ tenet illam indubi
tanter que ponit iustum suscipere magis ⁊ minus.
Respondendum est. Primo Aristoteles dicit: qua
litas suscipit magis ⁊ minus. Secundo hoc pbat p
esse qđ ꝫ in subiecto: ⁊ hoc tam in qualitatib⁹ prīe
ꝙ̃ tertie speciei: sꝫ nō obstāte ꝙ ipse reputat se suffi
cienter pbasse hoc ꝙ suscipit magis ⁊ min⁹ in essen
tia p effect⁹ formales: qꝛ tñ ꝯsiderat ꝙ ꝓteru⁹ posset
sibi negare assumptū suū. s. ꝙ albuꝫ ⁊ iustuꝫ in subie
cto recipiūt incrementū ⁊ dicere ꝙ non oīa subiecta
suscipiūt magis ⁊ min⁹: sicut in quarta specie quali
tatis constat: vbi veruꝫ est ꝙ figure non suscipiunt
magis ⁊ minus ꝫm esse in subiectis suis: nō est enꝫ
vnus triangulus intensius triangulatus ꝙ̃ alius: lꝫ
vnus sit maior. i. lōgior aut latior. Ideo tertio reuer
titur ad pbandum assumptū ꝙ album ⁊ iustuꝫ susci
piunt incrementum. i. magis ⁊ minus: ⁊ hoc dupli
citer: exemplo primo sic: dicēs ꝫm iustitiam ⁊ gram
maticam ⁊ huiusmodi aliquid dicit suscipere magis
⁊ minus: vt grāmaticior alter altero dicitur ⁊ iusto
iustior. Secundo respondet ad illud de quarta spe
cie dicens ꝙ qualitatē omneꝫ suscipere magis ⁊ mi
nus ēt ꝫm esse quod habetur in subiectis non est ve
rum: in quarta enim specie qualitatis nō tenet: Ari
stoteles ergo adheret huic parti ꝙ iustum suscipit
magis ⁊ minus: ⁊ non intendit negare ꝙ iustitia su
scipiat magis ⁊ minus: quia suscipere magis ⁊ mi
nus ꝫm eē arguit suscipere magis ⁊ minus in essen
tia. Ad auctorem sex principiorum dico primo: for
ma est simplex: idest cuꝫ albedo aduenit subiecto nō
ppter hoc subiectū est maius. i. longius: latius aut
pfundius: nō negat etiaꝫ varietatem quā ponimus
in forma ꝫm gradus intensos ⁊ remissos: sed negat



variationē in forma per modum subiecti: est namq3 subiectū qd variatur de cōtrario in cōtrarium.

Secundum documētū tale existit. Decē predicamēta reipsa seiungūtur: fatentur. n. Aristoteles ꝛ Auerro. 12. methaphysice. a. 19. vsq3 ad. 29. alterius ꝛ alterius ꝑdicamenti alia ꝛ alia esse principia ꝓpria: non obstante ꝙ accidentia dependeant a substantia: actus. n. ꝛ potentia sunt principia oium predicamentoꝝ ꝓportionabiliter: quare impossibile est ꝙ idem in diuersis generibus collocetur: verum qꝛ prima species qualitatis non erat qualitas predicamētalis: ideo qualitates ꝺ prima specie fuerūt ꝛ qualitates ꝛ relationes: sȝ posit⁹ in capitulo ad aliqd ꝙ̄ qualitatis: est. n. intellectio res intellecta: ꝛ sensatio res sensata: ꝛ ita qualitates de prima specie nō distinguūtur reipsa a reb⁹ representatis per ipsas: postq̄ igitur de qualitate determinatuȝ est: sequenti lectione ad reliqua ꝑdicamēta sermonē nostrum conuertam.

Recipit autez facere ꝛ pati.

❡ Sententia huius partis stat in hoc: facere ꝛ pati suscipiūt magis ꝛ minus ꝛ cōtrarietatē. De situ est dictū in ꝑdicamento relatiōis. De reliqs vero. s. qñ ꝛ vbi ꝛ habere: propterea qꝛ manifesta sunt nihil de his vltra dicit q̄ qd in principio dictum est ꝛ eoruȝ predicta ponit exempla.

Digressio.

Intendo de sex vltimis generibus ad cōe oiuȝ ornamentū nōnulla īducere documēta. Primū sit tale: actio que est ꝑdicamentū nō est nisi respect⁹ extrinsecus adueniēs a quo agēs vocat formaliter agens: ꝛ est in ꝓprio agente subiectiue: ꝛ passio est respectus quo patiēs formalr patit: ꝛ ē subiectiue in patiēte: in fauorē huius snie arguit: esse agens ē effect⁹ formalis actiōis ergo actio ē pfectio agētis: ergo. Itē si actio eēt in passo: cū ois forma denoiet suū subiectū: patiēs esset agēs. Iterū cuius ē potētia: illi⁹ ē act⁹: in ꝺ somno ꝛ vigilia ergo actio ē in agēte. Itē. 8. methaphysice in calce Cōmēti. 5. abscissio est in cultello ꝛ actio manus in manu: ergo. Cōtra actio ꝛ passio sunt in motu: ergo. Unde 3. physicoꝝ. 22. colligitur veritas haꝝ propositionū: omnis actio est motus: omnis passio ē motus: quia ois res que fit ab aliquo in aliquo est actio: passio ꝛ motus: ꝛ euȝ auctor sex principioꝝ dicit: ois actio ē in motu ꝛ ois motus est in actione: non capit esse in per informationē: sed per predicationē: cum iste sint vere: omnis actio ē motus: ꝛ omnis motus ē actio. Solutio est: actio ꝛ passio pro re acta sunt in motu. i. sunt motus: quando. n. ignis agit in aquā nouā producendo caliditatē: talis caliditas producta vt fluit ab esse imperfecto ad esse perfectuȝ vocatur motus: quatenus est ab igne dicitur actio: inquātuȝ recipit in aqua nominat passio: ꝛ ita idem re est actio: passio ꝛ motus. ❡ Rursus si sic: omne agēs mutaretur: qꝛ reciperet aliquam formam de nouo: ꝛ pateretur. Solutio est: id quod recipit aliquaȝ formaȝ tanq̄ quod patitur ꝛ mutat non tamen ꝙ tanq̄ quo: vnde actio solum ponitur in agente vt principium denominandi agens: ꝛ hec est causa ꝙ receptio actionis in agēte non est passio: actio itaq3 ꝛ passio sunt vnius motus: capiendo motum pro forma fluente: ꝛ cum motus pro forma fluente in varijs inueniatur generibus: erūt actio ꝛ passio vt sunt vnus motus in quā plurimis generibus: ergo actio ꝛ passio vt sunt predicamēta non erunt motus pro forma fluente. Causa autem cur actio ꝛ passio respectus mutui duo cōstituant predicamenta: alij vnum tm̄ talis assignari pōt: respectus mutui per modū actus primi in eodē genere collocant: respectus ꝺo mutui p modū actus secūdi varia pñt cōstituere ꝑdicamenta: actio autē ꝛ passio respectus existunt p modū actus secūdi: ceteri aūt p modū actus primi eē reperiunt: vñ est aduertendū: respectus intrinsecus aduenietes (q oriūtur necessario positis fundamento ꝛ termino: vel qui sic dicuntur: qꝛ oriunt mediāte aliquo intrinseco repto in fundamento ꝛ termino) sunt in genere relatiōis: respectus extrinsecus aduenietes sunt sex vltima ꝑdicamenta: hec sunt que de actione predicamētali ꝛ passiōe illi correspondente mihi tractāda occurrunt.

Secundum documentū sit tale: Quando vt est cōe actiuo ꝛ passiuo ē generalissimū ꝛ cathegorema: vt sinchategorema ē interrogatiuū: ꝛ est qñ respectus causatus in re temporali ex adiacētia tēporis ad ipsam: est aūt respect⁹ extrinsecus adueniens: vel qꝛ non necessario sequit extrema posita iesse: pōt. n. eē ipsa ꝛ res tpalis absq3 huiusmodi adiacētia: ꝛ sic absq3 qñ: vtputa si poneretur res tpalis extra celuȝ: Qñ igit hȝ p fundamēto ꝛ termino rē tēporalē ꝛ tēpus: ꝛ sicut tēpus preteritum nō ē: nec futurū est: sȝ tm̄ presens: sic qñ respectu tpis ꝑteriti vel futuri nō ē in reꝝ nã: qꝛ respect⁹ predicamētalis nō est sine termino: sed qñ respectu preteriti preteritū est: ꝛ respectu futuri futurū: ꝛ respectu pñtis presens: verū de tpe ꝛ de his que mensurantur tēpore tractat. 4. physicoꝝ ab. 87. vsq3 ad 134. merito igitur huius ꝑdicamēti res dicit fuisse: vel fore vel esse: ꝛ ē respectus derelictus in re tēpali ex adiacētia temporis. ❡ Contra: si quando sit talis res inherens rei temporali: non plus debet poni talis res respectu vnius temporis q̄ alterius: ergo respectu temporis futuri est talis res: consequens est falsum: quia si sit talis res in aliquo quod erit cras: sine qua non potest dici quod erit cras: sicut non potest esse aliquid album sine albedine: ergo respectu cuiuslibet instantis istius temporis in quo erit: erit aliqua talis res in illo: ꝛ cum illa instantia ponantur infinita: sequitur ꝙ in illo erunt res infinite. Similiter illud fuit in infinitis temporibus: quia in infinitis ptibus eiusdem proportionis: siue infinitis instantibus: ergo in eo sunt derelicte tales res infinite. Solutio est: cum tempus vite vnius hominis sit finitum tantum: ideo quando est finitum: ꝛ cū fuerint infinita tempora in potentia: fuerunt ꝛ infinita quando in potētia: vnde denominabitur iste homo esse hodie a quando presentis temporis: denominatur fuisse a quando respectu temporis preteriti: ꝛ fore: a quando respectu temporis futuri: ꝛ cum quando preteritum ꝛ quando futurum non sint: poterit aliquid denominari ab eo quod non est.

Tertium documentum est tale. Ubi vt est cōmune actiuo ꝛ passiuo est generalissimum: ꝛ cathegorema: vt sinchategorema ē interrogatiuum: in hoc enim predicamento collocantur omnes termini per quos conuenienter respondemus ad interrogationem factam per vbi de prima sba: ꝛ est vbi passiuū respect⁹ fundat⁹ i locato: terminat⁹ ad locās: vbi actiuū fundat i locāte ꝛ terminat

ad locatum. Existimāt multi omnia mota localiter preter vltimā speram alias continentem nō acquirere aliquam rem sibi inherentem: sed tantum locū ambientem: mota motu recto mutant locum sm materiam: mota circulariter mutant locū sm formaz: si.n. in mobili acquireret aliqua entitas: aut illa esset absoluta: ⁊ hoc non: aut respectiua: ⁊ ita ad respectum esset motus contra.5.physicoruz.10.⁊ quia mobile p motuz localem non acquirit nisi locum: cum acquirat vbi: locus ⁊ vbi sunt idem re: ratione solū seiuncta: ⁊ hac via predicamentū vbi est absolutum: aliter non concluderet ratio Auerrois contra Auicēnam.6.physicorum.85.dicentem ad situz esse motū: ad relationē nō est motus: situs est relatio: ergo in fauorem huiꝰ opinionis videtur esse Auerrois.5. methaphysice. 28. sm ꝙ locus habet locatum est predicamētū vbi. Item moueri ad vbi ⁊ moueri ad locum essent distincti motus. ¶ Uolo autē ego ad intentionē Auerrois predicamentū vbi eē respectiuū: locū ⁊ vbi rē differre: at locꝰ ⁊ superficies penes mēsurare intrinsece vl' extrisece in pdicamētis distinguūtur: vbi vl' est locatio passiua: vel respectus ibi fundatus: per vbi aliquid dicitur esse absolute in loco: p situm vero denominatur aliquid esse in loco sic vel sic: ⁊ hac lege saluo motuz localem esse ad vbi ⁊ nō ad situz: qui quidē ipm vbi necessario ⁊ inseparabiliter cōcomitatur: ⁊ ista ratio Auerrois concludit cōtra Auicēnam nō cōtra ipsuz: ad relationē enim cōsequentē aliud nō est motus per se situs insequitur vbi: ideo ⁊c̄. Palam igitur est situm non esse vbi: ab habitudine.n. que est vbi denominatur locatum esse in loco: at a situ dicitur aliquid eē in loco sic vel sic: erit ergo vbi prius situ. ¶ Arbitratur auctor sex principiorū situm esse ordinē partium locati ad partes loci: at vt est ordo partium totius ad ipsum totum est differentia quantitatis: ordo.n. vel respectus partium locati ad partes loci nō est de genere situs: sed vbi: sicut enim respectus presentie totius locati ad totum locum: est de genere vbi: ita ⁊ habitudo partiuz locati ad partes loci pertinet ad genus vbi: cum totale vbi non sit aliud ꝙ vbi particularia ex quibus integrat: quoniam quēadmoduz se habet fundamentū ad fundamentū: ita respectus ad respectū: ergo situs erit modificatio coexistentie non tm̄ ptis ad partez: sed totius locati ad totū locum: ⁊ fundabitur situs in vbi: cuz sit accidens eius modificans ⁊ determinans vbi: vnde facta interrogatione de vbi: oritur statim interrogatio pertinēs ad situm. Quomō.s. sortes est ibi situatus ⁊ positus vtrum sedendo: vel stando: vel iacendo.

Quartum documentuz est tale. Habitus ē respectus extrinsecus eorū que sunt circa corpus ad ipsum corpus: ⁊ est habitꝰ post predicamentū: prima species qualitatis: ⁊ generalissimuz: ⁊ hoc sm varias acceptiones: Auctor sex principioruz de habitu tractat qui est cōnexio media extremoruz actu distinctoruz ⁊ separatorum: ⁊ in actu existentium: veluti sunt armatum esse: calciatum esse ⁊ vestitū esse: arma enim ⁊ homo sunt distincta actu: nec vnum informat aliud.

Sunt autem nōnulli qui in hoc predicamento ponunt vniones quibus forma materie vnitur: ⁊ accidens subiecto: ⁊ partes continui in toto inueniunt: verum de his generibus p nunc dixisse sit satis. Hec sunt que circa scdam summā relictis superfluis pertractanda pro posueramus.

¶ Tertia summa libri predicamentorum.



Quotiēs solet opponi dicenduz. Cum dictum sit ⁊ substantie ⁊ quantitati nihil esse contrariū: ⁊ qualitati sic: erat declarandum que naz essent contraria: in relatiuis quoqꝫ ꝺ his que sunt prius: queqꝫ simul natura gignentur strictim tengit: de priori ergo ⁊ posteriori erat mentio facienda. Quia vero faciendi: patiēdiqꝫ predicamenta sunt: in quibus quidam quasi motus agitatioqꝫ consideratur: necesse igitur fuit ꝺ motu dicere: qui naturam faciendi vellet ostendere: quia vero habere erat predicamentū: non fuit inconueniēs neqꝫ superfluum de habendi equiuocatione tractasse. Intentio itaqꝫ Aristotelis est de his omnibꝰ disserere: in primis de varijs in generali ⁊ speciali oppositionum generibus. Mox de priori ⁊ simultate. Deinde de speciebus motus. Postremo de habendi equiuocatione determinabit. Sententia autem huiꝰ partis stat in hoc: oppositio formalis quattuor oppositionum species sub se comprehendit: contradictoriam scilicet: priuatiuam: contrariam ⁊ relatiuam.

Est primo notandum ꝙ Aristoteles loquitur ꝺ cōtrarijs ⁊ contradictorijs complexis ⁊ incōplexis: affirmat.n. inferius affirmationem ⁊ negationez i. orationem affirmatiuam ⁊ negatiuam contradici: ⁊ has: sortes est sanus: sortes est eger contrariari: possunt ⁊ iste propositiones: sortes est pater Platonis: sortes est filius eiusdem appellari opposite sm relationez: ⁊ iste: sortes est cecus: sortes ē videns sm priuationem: ⁊ huius opinionis ē Auerrois cum dicit: ⁊ exempluz affirmationis ⁊ negationis: sortes sedet ⁊ non sedet.

Secundo sciendum: hos terminos non cōuerti: opponi nō stare simul: ⁊ repugnare: oppositio multas exigit cōditiones quas repugnantia ⁊ non stare simul non requirunt. Itez aliqua non stant simul: que quidem minime rēpugnāt: vt iste propositiones: nihil est: tu non es albus: ille enim non stant simul que copulatiuam reddunt ipossibilem: siue impossibilitas sit apud naturaz: siue apꝺ intellectum: illa vero repugnant ex quorum vno sequitur contradictorium alterius formaliter: quales sunt iste propositiones: tu sedes: ⁊ tu stas: ex prima enim sequitur formaliter hec: tu non stas: ergo nulle due propositiones pure negatiue poterunt repugnare: sed due conuertibiles propositiones inueniuntur repugnare adinuicem: patet de istis: tantuz pater ē: ⁊ tantum pater est: cuz ex prima sequatur formaliter cōtradictorium alterius.

Tertio considerandus est. Boetius opinatur nomen oppositionis esse vniuocum ⁊ non equiuocum: hoc fundamento. Sūt enim opposita que in eodem sm idez in eodē tempore circa vnā eandēqꝫ rem simul esse non possunt: qꝺ per singula queqꝫ pergentibus in singulis oppositis inuenitur. Contra nomē oppositionis non est nomē vniuocum ad quattuor oppositiones: quia nihil est vniuocū ad ens reale ⁊ ens rōnis: sꝫ sic ē ꝙ ipsaꝝ oppositionum qdā sunt reales quruz extrēa sunt realia realr distīcta: cuiusmodi sunt oppositio cōtraria ⁊ relatiua: alie sunt oppositiones rationis. s. contradictoria ⁊ priuatiua:

& non dicuntur rationis eo q sint secunde intentio/ nes: quia cessante opere intellectus visus & cecitas aduersarentur: sed dicunt rationis: quia alteruz ex tremū nō est ens reale: ipsis ergo deficit vna cōditio realis relationis: vt puta q extrema sint realia: ergo nomen oppositionis est nomen equiuocum ad illas quattuor oppositiones.

Quecūqz igitur vt relatiua.

Sententia huius partis stat in quattuor propositio/ nib⁹. Prima est: ea opponunt relatiue que ɓm ad alt quid opponunt: q ea ipsa que sunt ad opposita ref feruntur: & ipsorū esse dicuntur.

Est primo notanduz: q multa sunt relatiua que ñ sunt relatiue opposita: sunt enim pater & filius relatiue opposita ad idem cōpa rata: affirmandum est etiam non omnia relatiua ad idem comparata esse relatiue opposita: patet de mo uente & moto: idem enim re est mouens vt qd: & mo tum vt quod: licet semper inueniatur distinctio rea lis inter rationez principiandi motus actiue & rōem principiandi motū passiue.

Secūdo aduertenduz: relatiua superpositio nis & suppositionis opponunt: nō relatiua equiperantie: que eodem nomine nominan tur. Item possunt causa & effectus ɓm diuersa gene ra causarum de aliquo verificari respectu eiusdem: non tamen ɓm idem genus cause. Et non valet ista cōsequentia: sortes est pater & filius ergo pater & nō pater: neqz est verum omnia opposita contradictōes includere. ¶ Colligit & hec sequella: hoc est non du plum: ergo hoc nō est dupluz: licet enim non sit incō ueniens fateri idem esse duplum & non duplum cuz varijs determinationibus: id tamen absolute conce dere absurdum est. ¶ Ualet etiam hec consequētia: hoc est non simile: ergo hoc non est simile: vnde licet ista stent simul: hoc est simile: & hoc est dissimile: non tamen hec sunt compossibilia: hoc est simile: & hoc ē non simile.

Tertio sciendu3: oppositio relatiua est relatio realis quatenus est inter relationes reales: est relatio rationis: vt versatur inter entia ra tionis: & differt oppositio relatiua a fundamento & termino talis oppositionis.

Secunda propositio talis existit. Cōtraria ipsa quidem opponunt sibi: sz id quod sunt ad opposita non dicuntur: contraria autē dicuntur: vnde bonum malo & rursus malum bono contrariatur: sed cum hoc arbitramur non tamen di cimus & id quod sunt esse opposito: uz: si enim dicere mus id quod est bonum esse opposito sui nō dicere tur bonum malo esse contrariuz: sed bonuz esse mali bonum: cum itaqz nō dicamus bonum mali bonuz: sed bonum malo contrarium: opponentur malum & bonum contrarie & non relatiue. Pertinet autez con trarioz talis est. Contrarioz alia sunt habentia me/ dietatem: alia vero non habentia: & eorum quorum est aliquid medium: in alijs plures medietates: in alijs vero vna tantum medietas inuenitur: atqz bo rum aliqua media proprijs nominibus nominātur: in aliquibus ipse quidē medietates proprijs carent noibus: ꝯrioꝝ vero negatione signantur.

Auerrois primo dicit. Et differentia inter relatiua & ꝯria est q vnius duoꝝ relatiuoꝝ quoddaz ipsoꝝ dꝫ qditas & in cōpande ad suum compar siue per seipsum. i. ɓm eundez casum: siue per quācunqz dictionem accidat ex dictionibus proportionum: sed contrarioꝝ non dicitur quiditas vnius scilicet eorum in relatione ad secundum: verū quidem dicitur q quiditas vnius contrariorum con trariatur quiditati secundi: quoniā nō dicit bonū est mali: sed contrarium ei.

Item att: & illa contraria ab vno quorum ñ eua dit subiectum dispositū per ipsa duo sunt contraria inter que non est medium: sicut sanitas & egritudo a quarum vna non euadit corpus animatū t. animal: & sicut par & impar a quibus nō euadit nu/ merus quin disponatur per vnum ipsorum: extrema naqz ista contrariorum sunt inter que non ē mediuz. Ex his colligantur iste propositiones: contraria na/ ta sunt fieri circa idem: quia supponit hic: eū diuidit contraria per mediata & immediata: quia vtraqz na ta sunt fieri circa idem. Item in contrarijs imedia/ tis sublato vno ponitur reliquum: & posito vno alte rum aufferturin contrarijs vero mediatis affirmato vno interimitur reliquum: sed non ablato vno reli/ quum ponitur. Amplius inuenitur medium per viā vsqz extremi inclusionem: & per abnegationem vtru vsqz extremi: veluti puer nouiter natus neqz ē pra/ uus: neqz studiosus. Heremita etiam qui non est pō ciuitate nec est bonus: nec malus ciuiliter: vñ ope/ rationes que non dependent a voluntate inclinante ad bonum vel maluz non sunt vitiose neqz virtuose. Item notandum est: dicitur numerus abundans cu ius partes aggregate excrescunt totum in numeruz maiorem: vt. 12. cuius partes aliquotte sunt. 1. 2. 3. 4. 6. que reddunt. 16. numerus appellatur perfectus qui omnibus suis partibus aliquottis aggregatis est equalis: vt. 6. numerus diminutus est ex cui⁹ par tibus aliquottis resultat minor numerus: vt. 8. dico ergo numerum senarium esse perfectissimum: cum equetur suis partibus aliquottis: denarius nume rus dicitur perfectus: quia perficit & terminat om/ nes alios numeros: ternarius dicitur perfect⁹: quia est primus numerus impar: semper autez numerus impar est perfectior pari: cum contineat parem & im/ parem.

Tertia propositio talis est: ea opponuntur pri uatiue que fiunt circa idem subiectum ordine irregressibili: sicut visus & cecitas circa ocu los: & adiungit Aristoteles q priuari dicitur habi/ tu susceptiuum: quando illud quod natum est habe/ re non habet: vnde non dicuntur edentuli: qui non habent dentes: aut ceci qui carent visu sed quando contingit habere: & non habent. t. quando sunt ido/ nei ad habendum & carent. Ex his constat primo q priuatio semper concernit subiectum: quia affert q priuatio & habitus habent fieri circa idem subiectuz primo. Item non solum concernit subiectum: sed etiam idem subiectum cum habitu: nam si respicer ret aliud non esset priuatio eius: vnde priuatio con/ cernit subiectum aptum natum: non enim aliquid dicitur priuatum nisi ea ratione qua est aptū natum: & per hoc seiūgit priuatio a negatione: lapide naqz existente nō vidente impossibile est q sit cecus. Pre terea habent priuatio & habitus ordinē irregressibi lem idest nō potest a priuatione in habitū deueniri: verum cum duplex sit priuatio priuans scilicet & pri uata: a priuatione priuante ad habitū possibilis ē re/ gressus: at a priuatione priuata ad habitum ñ ledit natura:

natura: sunt g duplicē ponūt priuationē:aliaʒ cuius habitus a principio pedet intrinieco: veluti est cecitas q: visus ab aīa pendet senitiua: aliam esse cuius habitus a principio exiliit extrinseco. Contra a ge/te τ ab ignorātia tendit quispiā ad sciētiā τ motum. cōstat tū taʒ sciaʒ quā motum a principio esse intrinseco: ergo. Solutio ē: priuatio que est a pricipio innato est duplex: queda; est que tm̄ priuat habituʒ τ nō auffert principiū habit᷒: τ ab hac priuatiōe ad habitum possibilis est regressus. alia est que interimit habituʒ τ propriū habitus pncipiumi veluti cecitas priuat visum τ debitā organi dispositiōem: τ ab hac ad habituʒ nō est possibilis nāliter regressus. ❡ Addit vlterius Aristoteles habituʒ habere nō esse habitum: priuariqʒ nō esse priuationē: si eniʒ ideʒ esseʒ cecitas qd est esse cecuʒ: de quocūqʒ cecū esse diceref: de eo quoqʒ cecitas predicaref: τ ꝗuis differt: equa tamen pportione sibi priuatio atqʒ habitus opponuntur: τ ea que sub priuatiōe habituqʒ clauduntur. ❡ Dicit Boetius: tres nāqʒ res sunt in eo qd est habitus: is qui hʒ: ea res que habef: τ habere: vt est is qui videt τ ipse visus: τ hoc ipsum qd ex vtrisqʒ fit ex eo. s. qui videt τ visu: distat autē videre ab eo qui videt: τ hoc ipsum videre rursus a visu: aliud est. n. id quod fit: ꝗ is qui facit: videre aūt videns operatur: aliud est igitur videre ꝗ videns: distat autē ēt videre a visu: aliud nāqʒ est id qd fit ꝗ id p qd gerif videre: aūt p visum fit. ergo. distat videre a visu: ergo palaʒ ē videre: visum τ videns differre: eodeʒ modo est in priuatione: differunt enim priuari: priuatio τ is qui priuatur.

Quarta propositio est. Quarta oppositiōis species est que ꝓʒ affirmationē τ negationem dicitur: τ sicut affirmatio negationi opponitur: ita id qd est sedere sorte opponitur ad id qd ē non sedere: veritas tū inter terminos τ propositiōes contradictio cadit ꝗ inter significata terminorum τ propositionum.

Auerrois dicit primo: τ priuatio τ habitus inueniunf in re vna τ eadeʒ: verbigratia visio τ cecitas inueniunf qdeʒ in oculo: vñ sicut mors τ vita circa idem opponuntur qd p naturā est susceptibile vite: ita visus τ cecitas aduersanf circa oculum: τ auditus τ surditas circa aurem: τ caluū esse τ comatū esse circa frontem. Iteʒ ait τ hoc gen᷒ priesens vlr est qd subiectū nō habituʒ de cuius proprietate est vt habeat ipsum in tpe de cuius proprietate est ꝙ habeat ab eo ꝙ possibile est inueniri ipsuʒ in tpe futuro. Sensus est: ad priuationē nō satisfacit negatio sed requirif qñ vel vbi. Amplius inquit: τ nō est habens visum ipse visus: neqʒ cecus ipsa cecitas: nā si eēt subiectū visus τ visus res vna τ sbiectū cecitatꝭ τ cecitas vna: verū eēt ꝙ pdicaref visus d videnie τ cecitas de ceco: τ diceref cecus est cecitas: τ videns est visus. Ergo inferaf cōcretuʒ τ abstractuʒ nō esse penitus idem: cū de eodeʒ nullatenus verificentur. Iteruʒ ait: nō est res que affirmaf τ negatur ipsa affirmatio τ negatio: qm̄ affirmatio est sermo affirmatiu᷒ τ negatio sermo negatiu᷒: neqʒ est res que affirmatur aut negaf sermo sed est intētio quā significat dictio simplex: aut est potentia significatiōis cuius dictiōis simplicis est significatio simplicis: τ res que affirmaf τ negatur sunt etiā opposite ꝓm oppositioneʒ affirmationis τ negationis: vnde inuenif cōplexum: reale. s. τ intentionale: τ similiter incōplexū reale τ intētionale: ꝯtradictio ergo inuenif inter res significatas τ ꝯplexas τ incōplexas.

Quoniaʒ autem priuatio ē.

Sententia huius partis stat in quattuor ppositionibus. Prima ē: priuatio τ habitus nō in ea oppositione qua relatiua: sed in alia specie numerata sunt: nullus. n. dicit cecitatē esse visionē: nec rursus visionis cecitatem. Item relatiue opposita conuertim dicuntur: qd non dicitur in his que ꝓm priuationem atqʒ habitum dicuntur: vnde tractat hac parte Aristoteles de oppositis comparatiue: superius autem absolute. ❡ Est notandum ꝙ licet habit᷒ vt ꝯtradistiguitur contra dispositionem sit alicuius habitus: non tamen habitus vt opponitur priuationi dicitur alicui᷒ habitus: nō. n. dicitur positiuum alicuius positiuuʒ.

Secūda propositio talis existit: opposita ꝓm priuationē τ habitum a contrarijs distant mediatis τ imediatis contrarioꝝ imediatoꝝ semper alterū susceptibili inest: nō sic priuatiue opposita se habent. Iteʒ si sint cōtraria mediata non est necesse alterum illorum inesse suo susceptibili: nisi illud sibi naturaliter determinet: in priuatione vero τ habitu vna res nō pōt esse deffinita: sed semper priuatio contingit aut habitus: nō pōt etiaʒ susceptiuū carere habitu τ priuatione quando pt per naturā habere habituʒ. Item in cōtrarijs fit alterna mutatio: his tamē exceptis quibus vna quelibet res ꝯtrarioꝝ naturaliter insita ē: in his. n. solis fieri nō pōt alterna mutatio: cū priuatione vero atqʒ habitu nō fit alterna mutatio: vnde ab habitu ad priuationē fit pmutatio: a priuatione vero ad habitum impossibile ē.

Tertia propositio ē: oēs cetere oppositiōes ab affirmatione τ negatione dissentiunt: ī quibus quidem nō est necesse vniuersaliter alterum illorum esse verū τ alterum falsum: siue incōplexe siue complexe sumātur illa opposita: at in affirmatiōe τ negatiōe: siue res subiecta subsistat siue nō sit: oio semp in vna veritas: in alia falsitas inuenif.

Quarta propositio ē. Cōtraria ic qualiter opponunf: que quidē propositio vt clare intelligaf inducūtur ab Aristotele varie ꝯtrarioꝝ conditiones. Prima ē: omne bonū semper malo contrarium est: nō aūt omni malo semper bonum aduersatur: nam quodcūqʒ fuerit bonuʒ solum illi malum contrarIaf: malo aūt τ bonum τ malum: illud quoqʒ addidit male posse malis esse ꝯtraria: in paucissimis inueniri: semper aūt mala bonis esse contraria: nam τ in his ipsis in quib᷒ mala malis contraria sunt: iest etiam simul vt contraria bonis videanf: sed nō est necesse vt quodcunqʒ malū bono ē contrariū: moꝝ etiā mali esse contrariu: in paucioribus ergo inuenif malum malo contrariari. Item: nō est necesse cū sit vna contrarietas: moꝝ aliam sequi: quocirca fieri pōt vt cum vnum contrariū sit aliud nō sit: tamē ad eē vni᷒ contrarij sequitur alterum aptitudine τ si nō actu in qualitatibus secundis: quia prime ad salutē mundi oēs necessario ponuntur: si. n. nō plueret: rueret mūdus: dicebat Auerrois. 2. physicoꝝ. 77. Tertia conditio est: sicut due propositiones cōtrarie nō possunt esse simul vere: ita duo predicata ꝯtraria nō possunt vno eodēqʒ tempore eideʒ inesse: neqʒ respectu eiusdem: neqʒ respectu diuersoꝝ. Quarta est: omnia contraria inueniūtur circa easdē res: vel ꝓm genus: vel ꝓm spēm. Quinta est: omnia q̄ sunt contraria aut sub

eodem genere sunt: vt albedo ⁊ nigredo sub colore: aut sunt sub contrarijs generibus: vt iustitia ⁊ iniustitia sub contrarijs existunt generibus: aut ipsa sunt genera: vt est bonum ⁊ malum q̄ genera iustitie atqȝ iniustitie numerata sunt: seu virtus ⁊ vitium q̄ sunt genera ꝯtrariorum: ⁊ ꝯtra ꝯtrietatis extremi ad extremum. Auerrois nihil dicit vltra textū Aristotelis.

Digressio.

Perscrutandum est de varijs oppositionum generalibus ad cōe omnium ornamētum nonnullis documētis. Primum sit tale: oppositio formalis compꝛehēdit sub se quattuor spēs oppositionū: cōtradictoriā. s. priuatiuam: cōtrariā ⁊ relatiuam: vnde oīa opposita formaliter dicunt̄ adinuicē relatiue: tū quo ad substractū nō oīa sunt opposita relatiue: quinimo quedā ꝯtrie: nonnulla relatiue: multa ꝯdictorie ⁊ priuatiue opponuntur: ⁊ ita cū oppositio ꝯdictoria ⁊ priuatiua sint relationes rōnis: oppositio vero ꝯtraria ⁊ relatiua realis: erit nomē oppositionis equocū ad oēs oppositiones ⁊ talis diuisio oppositiōis in hec absolute est diuisio vocis in significatiōes: at oppositio sumpta i vno sensu partit̄ in ꝯtrietatē ⁊ relatiuā oppositiōē: vt genus in species: in alio sensu sumpta similiter est gen⁹: propterea diuidentia ipsam in vtroqȝ sensu sunt opposita: ⁊ nō oȝ diuidētia in vno sensu opponi diuidētib⁹ oppositiōē in alio sensu: ⁊ dicebat Doctor subtilis diuisio oppositiōis est in istas intentiōes: vt vnū mēbrum illorū nō sequit̄ ad aliud: nō enim colligit hec sequella: hec sunt ꝯtra ergo sunt ꝯdictoria: sed ꝯtra inuenit̄ inter illa que subsunt ꝯdictioni: ⁊ ꝯtrietati: enim valeat albū ⁊ nigrū ergo albū ⁊ nō albuȝ.

Secundum documentum tale existit: sunt relatiue opposita que adinuicem referunt̄: vt pater ⁊ filius: que quidē nō pūt inuicē eidem respectu eiusdē: sed bene respectu diuersorum: oppositio relatiua inuenit̄ realis inter relatiōes reales: rationis: inter relationes rōnis: existit tū semper oppositio relatiua inter extrema quorum quodlibet est ens: vnde inter paternitatē ⁊ filiationē reperiunt̄ due oppositiōes: vna ex pte paternitatis: alia ex pte filiationis: ⁊ ille due oppositiōes nō opponunt̄: sed sunt ea quibus ille relationes formalit̄ opponunt̄: quēadmodum nec cōtrarietates ꝯtrant̄: sȝ sunt quo ꝯtraria formaliter opponunt̄. Cōtra: ille due oppositiones sunt cōformes: ⁊ ille cōformitates sunt distincte: ergo nō euitabit̄ processus in infinitū: ⁊ hec est cā quare dixi supra relatiōes: relatiōes fundari nō posse: verūtū dici potest nō esse processum in infinitum in relationibus: qꝛ paternitas prior est illa oppositiōe ⁊ nō pōt esse sine illa oppositiōe: iō paternitas idem est quod illa oppositio.

Tertium documentū tale ē. Cōtraria sunt q̄ sub eodem genere posita: maxime ad seinuicē distant: ⁊ eidē susceptibili vicissim insunt vnū alterum expellēdo: nisi alterum insit a nā: ⁊ dicunt̄ cōtraria maxime distare: non distantia locali: nec tpali: sed distantia entitatiua sub eodem genere: ⁊ ponitur hec maxima distantia ad differentiā mediorū: que nō tantum differunt ab extremis: quantū extrema inter se. Et existimant doctores de via cōi: hanc consequētiam valere: iste qualitates stant simul in eadem parte subiecti: ergo iste qualitates nō sunt cōtrarie: licet stet ipsas esse eiusdem speciei cū contrarijs: ⁊ consequenter opinantur nō omnem caliditatē omni frigiditati aduersari: sed caliditas tante vel tante intēsiuis opponitur contrarie frigiditati tante vel tante intensionis. Ego aūt teneo formas ea ratione ꝯtrarias dici: qꝛ eis repugnat stare simul in eadem parte sine actione ⁊ reactione: nō est enim dubium quod in corpore viuente fiunt contraoperationes qualitatum cōtrariarum que stant simul: licet non stent simul absqȝ actione ⁊ reactione: ⁊ idem putanduȝ est esse: in quouis mixto: non est. n. lapis quin in illo sint contrarie qualitates in eadem parte ꝓpter ipsum esse mixtum ex contrarijs qualitatibus elementorum: quare inferendum est in omni mixto inueniri alterationē ab intrinseco: ⁊ omne mixtum habere in se causam sue corruptionis propter assignatam causam. ¶ Contra: species rerum sunt inpmixte: ergo nequit frigiditas cū calore admisceri. Item omnia que fiunt vnum: alterum se habet vt actus: ⁊ alterū vt potentia: ⁊ vnum ē perfectio alterius: sed vnum contrariū non perficit aliud: sed corrumpit ergo. Solutio ad primum sit talis: qualitatibus ⁊ elementis possunt concedi varia esse: esse scilicet pfectissimum: quando naturalissime disponuntur: esse perfectū sȝ perfectionē sue speciei: ⁊ esse diminutum ⁊ potentiale. Tunc dico prio: calidum sm eē perfectissimum nullatenus cū frigido est cōmiscibile. Dico secūdo: calidū sm perfectionē sue speciei nō est cum frigido sm esse perfectum accepto permiscibile: quia calidum ⁊ frigidū sm quod sunt spēs opposite nequeunt permisceri. Dico tertio: frigiduȝ sm esse diminutum cadit in compositione cuȝ calido sm esse perfectum: quatenus videlicet calidum seiūgitur specie a specie tepidi. nam cū hoc quod calor ignis retineat speciem caloris: stat quod in calore ab aqua inducatur quedam dispositio ad frigiditateȝ: vel gradus frigoris per quem tamen calor nō recedit ab ei⁹ specie: imo manēs in sua specie ducit frigiditateȝ ad ei⁹ spēm. Solutio ad secundū est: quando calidū sȝ perfectionem sue speciei admisceт̄ frigido sm esse diminutum: calidū habet rationem actus. ⁊ frigiduȝ rōnē potentie: gradus. n. intensi ⁊ remissi virtualiter continentur in forma intensa ⁊ remissa: ⁊ ratio ē: qꝛ licet remittens calorē nō producat puruȝ frigus: generat tamen quodāmodo frigus inquantū calor continēs ipsum generat calorem magis temperatuȝ: ⁊ magis appropinquantem ad frigus. ¶ Rursus: quādo aliqua sunt eiusdem rationis: cuicūqȝ contrariat̄ vnum ⁊ aliud: sed velle sortis contrarie opponit̄ ad nolle sortis: ergo velle Platonis opponet̄ cōtrarie ad nolle respectu sortis: sed velle respectu sortis: ⁊ nolle respectu Platonis etiā in gradu intensissimo possunt simul stare in eodem ergo contraria mutuo nō se expellunt. Solutio est: sunt qui tenēt volitiones ⁊ nolitiones respectu diuersorum hominū differre specie: ⁊ similiter plures paternitates respectu diuersorum filiorum: plures enim paternitates respectu eiusdē reiterati differunt tm̄ numero: ergo: vel dicat̄ volitiones ⁊ nolitiones nō ꝯtrari: vera nāqȝ ꝯtrietas proprie soluȝ cōcedit̄ qualitatibus de tertia specie.

Quartum documentum est qualitates contrarie sunt sm esse truncatū in eodem subiecto adequate cōpossibiles: caliditas enim vt quattuor cōpossibilis est frigiditati vt quattuor: ⁊ quilibet gradus caliditatis citra summuȝ intēsior gradu medio latitudinis caliditatis est necessario coniūctus frigiditati que tm̄ exceditur intensiue a gradu medio

medio totius latitudinis frigiditatis: quantū iste gradus caliditatis excedit graduz mediuz sue latitudinis: hoc nāq3 preceptū est vniuersale: vt quantū intendatur de vno contrario in vno subiecto: tantū remittatur alterius contrariū: aliter latitudines nō essent cōplete terminate ad .8. Item nō quātuz vnum contrariuz distat a nō gradu: tm̄ alterū distaret a summo. Rursus nō esset possibilis reactio: quā approbo nō solum sm̄ qualitates alterius cōtrarietatis: veruz et sm̄ qualitates eiusdez oppositionis. Iteruz: ab igne et aqua aer medius alterari nō posset: nec tu ab igne et niue distans p pedalem distantiaz calefieri et infrigidari posses. Item si nō essent qualitates contrarie compossibiles in eadez parte subiecti: ignis aquā calefaciēs totā caliditatē in momēto pduceret: ex quo p aduersarios ignis nihil causat caliditatis: donec tota frigiditas sit consumpta: ergo post eius interituz causabit totaz caliditatē simul: cū nō sit maior ratio quare prius causaret vnam partē q̃3 aliam. Item qñ calidum agit in frigidū: aut calidū totam destruet frigiditatez vsq3 ad nō graduz: anteq3 caliditas inducatur: aut sicut successiue perit frigiditas: ita successiue inducat caliditas: nō pōt primuz affirmari: quia vbi summe frigidū esset applicatū vni parti ignis: tūc illud frigidū destrueret totā latitudinē caliditatis ignis anteq̃3 induceret aliquē gradū frigiditatis: et sic staret ignis absq3 calore. Iterum: nihil esset altero calidius: nec albius: nec dulcius: esset enim esse calidum summe calidum: cum calori nunq̃3 aliquis gradus frigoris admisceretur.

Quintum documentum tale est: opposita priuatiue sunt illa que habēt fieri circa idem subiectū ordine irregressibili et tēpore determinato a natura: vñ priuatio nō est ens: cū nihil aliud sit formaliter q̃3 negatio .5. methaphysice. 27. cōnotat tñ subiectū aptum natū: et ita volo ꝙ negatio et priuatio nō sint extra animā secluso actu intellectus nisi fundamētaliter: nō formaliter: vnde dicūtur priuationes esse in rebus denominatiue .i. tales ppositiones sunt vere: mā est priuata: oculus est cecus: possunt .n. subiecta denominari a nō entibus denominatione negatiua: imo dixerunt aliqui ꝙ prius natura negatiue mā est priuata q̃3 formata: q2 priuatio cōcedit materie quātuz est ex se: forma recipit in mā ab agente nāli educente eam de gremio materie et est cōsiderādū priuatiōes taliter distingui: qualiter habitus: quibus opponunt: nō tñ oponunt velut et forme: q2 priuatiōes formarum oppositarū sunt simul in mā compossibiles: nō tñ forme: priuatio itaq3 licz nihil sit: tñ est per se terminus a quo generatiōis: q̃ qdem est mutatio realis: nō q2 extrema sint realia et positiua: sed q2 tendit ad terminū ad quē positiuuz. Rursus non est materia sua priuatio: tū q2: materia pōt esse sine tali priuatione: tum q2: materie accidit priuatio: nihil aūt accidit sibiipsi: tum quia: materie est admixta priuatio: materie aūt nō est admixta mā: tum quia: cecitas nō est cecum esse: tum q2: priuatio est negatio: et per se nō ens: mā non est negatio: sed est pars desserens formam. Et si omnis forme p possibile a mā circūscriberetur: ipsa nō esset priuata: quia priuatio forme substantialis necessario et inseparabiliter cōcomitatur formā: neq3 mā pōt dici priuata priuatione: q2 priuatio nō est entitas positiua: lz priuatio possit vere ab ea negari: quare pōt cōcedi ꝙ mā et priuatio sunt idez realr priuatiue .i. inter hec duo solum est vnuz ens reale: et qñ aliqua sunt idem realiter priuatiue: stat ꝙ vnuz illorum sit: altero destructo: vt solitus suz dicere de varijs eē vni forme cōcessis.

Sextum documentū sit tale. Cōtradictorie sunt affirmatio et negatio eiusdem de eodem: et ē sciendū ꝙ vnum vni tantū opponitur contradictorie in complexis: et ratio est: q2 nulla propositio negatiua est contradictoria huic: sortes ē homo: nisi ista: sortes nō est homo: quia si varient termini: non est contradictio: cū contradictio sit vnius et eiusdem affirmatio et negatio: affirmationi aūt simplici nō vna tantum opponitur negatio: vnde sorti non vna tantum opponitur negatio tantum sed plures: quia negatio simpliciter nō numeratur precise ex affirmatione quā negat nec ratione negati: sed numerat ad numerationē subiecti suo modo: veluti accidētia positiua: negatio autē sortis de omni alio a sorte predicatur: et est in illo subiecto a quo negatur: nō .n. eadē negatiōe negatur sortes a lapide: rosa: boue: et omni alio positiuo: immo numerantur negationes sm̄ numerum subiectorum. Hec de oppositis dixisse sit satis.

Prius autem alterū altero.

Presenti parte differit Aristoteles que priora dici possint: que posteriora: et snia stat in hoc. Dicit prius proprie sm̄ tempus: vnde duz loquimur sm̄ temporis precessionē: aliud antiquius: aliud senius dicimus antiquius quidem in his que inanimata sunt: senius vero in his que anima nō carent. Iterū prius in secunda significatione id est a quo nō conuertitur subsistendi consequentia: et hac prioritate vnitas ē prior numero: et quodlibet superius inferiore. Amplius tertius modus prioris iste est: qui sm̄ nexum cuiusdam ordinis in qualibet arte est cōstitutus: et vocatur hec prioritas sz ordinē. Preterea dicitur prius qd ē melius et honorabilius: et iste modus prioris pene ē alienissimus: et ratio ē: quia plurima meliora sunt posteriora: et dicit Boetius: alienissimus modus ē a significatione prioris hic quartus qui nunc dictus est modus: etenim de his melius dici pōt: vt dicātur venerabiles et honorabiles: vt vero priores dicātur: abusio potius q̃3 vlla proprietas ē. Postremo id prius vocatur inter ea que conuertūtur secūdū essentie consequentiaz: qd alterius quomodolibet causa ē: vt si homo ē: et ista propositio: homo ē: sit: illa ē vera: et si ista ppositio: hō est: ē vera: homo est: tamen prius homo est: q̃3 ista propositio sit vera hō est.

Est primo aduertendū. Solus secundus modus qui ē in consequēdo ē ad propositum hic: sm̄ quē dicitur genus prius specie: et quintus etiam videtur satisfacere: qui ē in causando: quia substantia ē causa omnium accidentiū: alij tres modi qui sunt tēpore: et ordine et honore tradūtur nō primaria intentione: sed vt per illos manifestētur modi principaliter intēti: modi assignati .5. methaphysice hic relinquuntur: vnde prius et posterius sumūtur in tēpore per comparationē ad p̄sens nunc signatuz: sed econtrario in preteritis et futuris: quia i p̄teritis remotius ab hoc nūc ē prius: in futuris ppinquius huic nunc est prius. Rursus considerandum est: secūdus modus n̄ dz poni prius sm̄ naturā: sed sm̄ consequētiam: et quintus modus prius sm̄ naturā vel sm̄ causalitatem: pars enim integralis sine qua totum esse non pōt: est prior toto integrali secūdo mō prioris.

Simul auté dicuntur.

Disputat Aristoteles de his que sunt simul: & sententia stat in hoc. Secundum tempus simul esse dicũtur que vno tempore edita atq; plata sunt. Secundũ vero naturã simul esse perhibentur: quecũq; inuicem ad se cõuertũtur cum altera res alterius subsistendi: neq; causa fit: neq; principium. Iterũ illa quoq; simul esse dicunt: que equali diuisione sub genere ponunt. Contra: cũ est ad cuius esse sequitur aliud: sed ad esse vnius relatiui sequitur aliud ergo vnum est cã alterius. Dicit verum esse illatiue: non causaliter. Item: nõ ne differentia perfectior est causa imperfectioris: dico respectu generis illas esse coequas: inter se possunt habere ratioñe causalitatis. Errant recẽtiores dicẽtes aliqua esse simul disciplina: quia nulla duo sunt simul discenda.

Motus autẽ species sunt.

Nunc Aristoteles de motibus tractat: & extendẽdo nomen motus: sex spẽs motus esse pronũciat: gñatio & corruptio ptinet ad substantiam. Augmentũ & diminutio quãtitati attribuunt: sm vero qualitatẽ inuenitur cõmutatio seu alteratio. Ubi autem acquiritur p motum localem. Et sumit motus pro forma fluente: q: motus pro fluxu forme est in genere quãtitatis: motus aũt formalr in genere inuenit passionis. Amplius: alteratio est mutatio ab aliis distincta põt nãq; esse alteratio absq; alio motu: vt q in sole diutius stetit: si ex candido niger est factus: cõmutatus quidẽ sm colorem dicit: nõ tñ generatus est aut corruptus: nec vero illi aliquod vel crementũ factũ est vel diminutio: sed nec loci translatio vlla est: põt enim aliqs vno eodẽq; loco cõsistens aliqb⁹ extrinsecus venientib⁹ passionib⁹ pmutari. Iterũ alij mot⁹ ab alteratõe pñt eẽ sine alteratõe: põt.n. aliqd crescẽ & decrescẽ pter qualitatis cõmutationẽ: crescit qdẽ quadrat⁹: si addat gnomo: nõ tñ alteratur: & sublato gnomone diminuit quadrat⁹: sed nõ cõmutat: Preterea motui qes ȝriat: spẽrũ vero motib⁹ & quietes & mot⁹ aduersant: nõ qetes in terminis in ad quos: sed in terminis a qbus.

Trum autem. Presenti capitulo intendit Aristoteles declarare q̃ universali affirmative que dicit: omnis homo est iustus magis contrariatur ea que ponit nullus homo est iustus: q̃3 ea que dicit: omnis homo est iniustus: Similiter huic propositioni que ẽ callias iustus est: magis adversatur ea que proponit: callias non est iustus q̃3 ea que dicit: callias est

lias est iniustus: Series autem verborum Aristotelis talis existit: Que nam est propositio que magis sit contraria affirmationi: nunquid negatio sit an affirmatio? & extenditur nomen contrarietatis ad quãuis oppositionẽ: Auerrois dicit: que harũ orationum sunt magis opposite & longioris differentie in credulitate: an cõtrarie ſm viam affirmationis & negationis: an contrarie ſm viam credulitatis contrarij.

Item cum ea que sunt in voce sequantur ea q̃ sunt in mente: si conceptio contrarij cõtraria sit cõceptioni cõtrarij & in voce affirmatio cõtrarij affirmationi contrarij contraria esse videbitur: at si in mente opinio contrarij non sit contraria opinioni contrarij: neqꝫ in voce affirmatio affirmationi sed negationi putabitur esse contraria: quare considerandum est que mentis opiniones sint contrarie: exempli causa: de bono quedam opinio vera est ꝙ bonum est bonum: & quedam falsa: ꝙ bonum nõ est bonum: & insuper alia falsa: ꝙ bonum est malum que istarum duarum illi vere cõtraria est? & si earum vna sola cõtraria sit: que naꝫ ea est? & ita Aristoteles inducit duas questiones: vnam circa opiniones: alteram circa enunciationes vocales. Solutio tamen vnius est solutio alterius: Boetius hanc particulã: & si est vna ſm quam contraria est: ita exponit: si quis dicat: non est album: nõ iccirco nigrum esse mõstrauit. nam album & nigrum contraria sunt mediata: nihil autem differt dicere: diem non esse & noctem esse cum nihil sit inter noctem & diem: ergo in contrarijs imediatis affirmatio ꝯtrarij idem valet q̃d ꝓposite rei negatio: dicit ergo Aristoteles: cum in aliquibꝰ tales ꝓpõnes inueniantur: vt & negatio rei proposite & affirmatio cõtrarij idem valeant: & sint vne significatione: querendum est ſm quam enunciatiões ꝓpõ est magis contraria ꝓpõni ꝓposite. ¶ Est aduertendum ꝙ opinio vltra ꝓpositionem mentalem addit assensum: & est opinio: mentis compositio atqꝫ diuisio: que & conceptus verus falsusqꝫ dicitur: vnde huic propositioni: omne bonum est bonum: hec proprijssime contrariatur: omne bonum non est bonum: hec vero improprie: omne bonum est malum: at eidem iste sunt diuerse non opposite: omne bonum est nociuum: omne bonum est fugiendum: odibile: nullum bonum est prosequendum & amandum.

Iterum opiniones ob idipsum ꝙ contrariorum sunt non sunt existimande cõtrarie. nam boni opinio: bonum esse bonum: & mali opinio: malum esse malum: opiniones sunt contrariorum: non sunt tamen contrarie: cum vtreqꝫ vere sint: at contrarie simul vere esse non possunt: dicit autem Aristoteles: eadem fortasse opinio est & vera idest ille opiniones sunt eiusdem veritatis: opinio autem vera non est contraria opinioni vere: & opiniones vere in eo quod vere sunt: eedeꝫ sunt: siue autem plures sint: siue vna: contrarie esse non poterunt: iccirco quoniam simul vere sunt: nõ sunt ergo ista contraria: & eoipso ꝙ contrariorum sunt: sed sunt opiniones contrarie potius eoipso ꝙ cõtrarie idest ꝙ sint de mõ enunciandi opposito: & cõtrario.

Rursus: affirmatiõi vere negatio falsa eiusdem de eodeꝫ cõtraria est: & magis quidem q̃ȝ de eodem contrarij affirmatio: & rõ est: nam de bono opinio vera est ꝙ bonum est bonum: alia falsa est eiusdem de eodem ꝙ bonuꝫ non est bonum: & hec vna est certa & determinata: alie sunt opiniones false quibus opinamur bonũ id esse q̃d neqꝫ est neqꝫ esse potest: alie sunt false q̃bus arbitramur bonum id nõ esse q̃d est: quia .n. numero indeterminate sunt opiniones false quibus dicimus bonuꝫ id esse q̃d nõ est neqꝫ esse potest: & quibus dicimus bonum id non esse quod est: tales opiniones huic non erunt cõtrarie: bonuꝫ est bonum: ergo affirmationi vere vna negatio ꝯtraria est: opiniones ergo in quibus prima fallacia & prima deceptio reperitur verissima sunt cõtrarie: ille auteꝫ sunt ex quibus sunt generationes: generationes auteꝫ sunt ex maxime oppositis: fit enim calidum ex nõ calido: album ex non albo: dulce ex non dulci: prima itaqꝫ fallacia est: non putare aliquid esse q̃d est: secunda est putare esse q̃d nõ est: vt in eo q̃d est bonum: prima fallacia est arbitrari illud nõ esse bonum: secunda est arbitrari bonũ esse malum: & propterea veris affirmationibus negationes eiusdeꝫ de eodem magis cõtrarie sunt q̃ȝ contrariorum affirmationes. Item hec ꝓpositio: bonũ est bonum vera est ſm se: & hec: bonuꝫ nõ est bonũ: falsa ſm se: ista autem: bonuꝫ nõ est malum: est vera ſm accidens: & ista falsa ſm accidens: bonuꝫ est malum: ergo opinioni vere ſm se magis cõtrariabitur opinio falsa ſm se q̃ȝ opinio falsa ſm accidẽs: sꝫ ista: bonum nõ est bonuꝫ est magis differens ab ista: bonum est bonuꝫ: q̃ȝ ista: bonum est malum: & est etiaꝫ magis falsa: ergo affirmationi magis est cõtraria negatio q̃ȝ affirmatio. Itẽ simplici ꝓpositioni & priori cõtrariatur simplex & prior: sed ista bonuꝫ est malum secum trahit istaꝫ: bonũ non est bonum: ergo. ¶ Est obseruanduꝫ ꝙ ordo propositionũ contrariarũ partitur in tres gradus: in primo sunt iste propositiões: omne bonum est bonuꝫ: nullum bonum est bonum: quaruꝫ prima est vera per se: secunda falsa per se: in secundo gradu locentur iste due: omne bonuꝫ est malum: nullum bonuꝫ est malum: quarum quideꝫ prĩa est falsa per alterum: secunda est vera per alteruꝫ: ꝓpositiones tertij gradus tales existunt: omne bonuꝫ est bonuꝫ: omne bonũ est malum: prima est vera per se: secunda falsa per alterum.

Item: contrarietas in omnibus debet vniformiter sumi sed eorum quoꝝ nõ sunt contraria: neqꝫ cõtrarioruꝫ affirmationes falsa opinio ĩ his opinioni vere opponitur: vt qui hominẽ esse hominem opinatur falso opinatur: cõtrariaturqꝫ opinioni vere qua hominem dicimus esse hominem: ergo si negationes affirmationibus in his nõ habentibꝰ cõtrarium cõtrarie sunt: & eorum quoqꝫ quoꝝ sunt cõtraria cõtrarie erũtque sunt affirmatiõis & negatiõis. Preterea iste due opiniones cõsimiliter se se habẽt: nam vtreqꝫ vere: bonum est bonum: nõ bonum non est bonum: & preter has he etiam cõsimiliter se se habent: bonum nõ est bonum: nõ bonum est bonum: nam vtreqꝫ cõsimiliter false: huic ꝓpositioni: nõ bonum nõ est bonum: hec nõ est cõtraria: nõ bonuꝫ est malum: neqꝫ ista: nõ bonum non est malum: cum he simul vere esse possint: ergo ista: nõ bonum est bonũ erit illi contraria: ergo & isti: bonum est bonum erit hec cõtraria bonum nõ est bonum: ergo vere affirmationi negatio est magis cõtraria q̃ȝ affirmatio cõtrarij: & cum contrarietas in vniuersalibus reperiatur non in indefinitis afferit Aristoteles se versus fuis

se indefinitis pro vniuersalibus. Enunciatio quoqz vere enunciationi vere non cõtrariatur: circa eadem autem cõtingit verum dicere eundez.i.duo vera simul possunt esse: et de eodem simul vere predicari: vt cum dicimus aliquid bonum nõ esse et malum esse: vtraqz simul vere dici possunt: simul autẽ eidem non cõtingit inesse cõtraria: et propterea si vera quidem possunt eidem inesse: cõtraria autez eidẽ inesse nõ possunt: ea que contraria sunt: vera simul esse nõ possunt: nec que vera sunt simul: contraria esse possunt: ergo neqz in opinionibus neqz in propositionibus ea que vera sunt potest aliquis recte suspicari contraria existere. ¶ Est considerandum qꝫ modus arguendi tenet solum in quantitatibus et in his que per quantitatem designantur: et ideo ratio hec Aristotelis solam similitudinis rationem attendit: sunt enim iste contrarie: nõ bonum non est bonum: nõ bonum est bonum. Similiter et iste: bonum est bonum: bonum nõ est bonuz: prima et tertia similes sunt: pariter secunda et quarta. Stant iste simul: non bonum nõ est bonum: nõ bonum est malum. Item et iste: nõ bonum nõ est bonum: nõ bonum nõ est maluz. Cõtra: tales propositiones vniuersaliter intelliguntur ergo iste due: nõ bonum est malum: nõ bonum non est malum cum ista stare non poterunt: non bonum nõ est bonum: nam quecũqz stant simul cum eodem terno: illa quoqz simul stare possibile est. Solutio ẽt possunt quidem iste due: omne nõ bonum est malũ: omne nõ bonum nõ est malum diuisim et seorsuz stare cum ista: nõ bonum nõ est bonum: simul tamẽ cuz illa stare nõ possunt: veluti et iste cõtrarie omnis hõ est iustus: omnis homo nõ est iustus: simul cum hac: omnis homo est animal: stare nõ possunt: seorsum tñ stare nihil pꝛhibet. nam iste vt fertur in seculo aureo fuissent vere: omnis homo est iustus: omnis homo est animal: in etate ferrea iste: omnis homo non est iustus: omnis homo est animal. Similr iste due possunt simul esse vere: omne non bonum nõ est bonũ: omne non bonum est malum: si sint nõ bona: et nullũ indifferens: sed si in alio tempore sint non bona sed illa non bona sint indifferentia.i.non bona neqz mala: tunc he vniuersales simul stabunt: omne non bonum non est bonum: omne non bonum non est malum. Hec itaqz sunt que circa secundum librum de interpretatione vobis declarãda proposueraz: quo quidez de infinitis: coniunctis: diuisis et modalibus enunciationibus tractatum est: et quomodo magis apte enunciationes dicuntur contrarie que sunt de contrario modo predicandi qꝫ que de cõtrariis predicatis.

¶ Tiberij Bacilerij bononiensis Lectura in libruz priorũ analecticorũ Aristotelis et Auerrois quam quidem ordinauit.d. Precival piora mediolanẽsis artiũ et medicine pꝛfessor nobilissimus.



Rimum opz dicẽ. Superioribꝰ dyalettice partibꝰ satisfecit Aristote. prime et secũde intellectus operatiõi: Supererat in libris priorũ: posteriorũ: topicoꝝ et elenchorũ nouã logicaz cõstituẽtibus eis inducere documẽta qbꝰ possz itellectꝰ humanꝰ qꝫ cõmodissime i tertia eiꝰ regulari opatiõe: qua qdẽ cõplexa ignota nobis plane apiũt. Sũt.n. pcessus qbꝰ hõ vtit i triplici dria: alij naqz sũt qbꝰ hõ vtit ad scribẽdũ vnã totalẽ facultatẽ: veluti sunt pcessus resolutiuꝰ: cõpositiuꝰ et diffinitiuꝰ: pcessu qdẽ resolutiuo speculamur finẽ sciẽtie p ipsiꝰ resolutionẽ in simpliciora pcedẽdo: iueniẽdo oia quoꝝ cognitio notiõez finis necessario ãtecedit: pcessu cõpositiuo icipimus declarare vltimo iuẽta p resolutionẽ pcedẽtẽ ex speculatõe finis vsqz ad finẽ scie pcedẽdo: pcessus diffinitiuꝰ ẽ qñ declaramus diffinitionẽ scie datã p illa q pricipalr ↄsiderãtur i tali facultate: regulat itaqz hõ his pcessibꝰ t dũ vnã totalẽ edit disciplinã: de qbꝰ meminit Galenꝰ pꝛio techni. Tres sunt oẽs doctrine q ordine hñtur Alij sunt pcessus qbꝰ hõ vtit ad declarãdũ ignotum incõplexũ: et hi enumerant: pcessus obscurꝰ: pcessus diffinitiuus cõpositꝰ ex via diuisiua et cõpositiua: pcessus sciẽtificꝰ ↄstitutꝰ ex via cõpositiua et resolutiua: pcessu obscuro diffinitũ eẽ nobis inotescit: pcessu diffinitiuo hẽtur palã diffinitio diffinibilis: pcessu sciẽtifico acqrit cognitio oiuz q i tali diffinibili icluduntur: Alij sunt pcessus qbꝰ hõ vtit ad declarandum ignotũ cõplexũ: et sunt oẽs spẽs argumẽtatiõis: inter quas syllogismus efficacissimꝰ ẽ ad ↄcludẽdũ: syllogismoꝝ ãt aliꝰ ẽ cathegoricꝰ: aliꝰ hypoteticꝰ intẽtio Aristotelis i libris prioꝝ ẽ tractare de solo syllogismo cathegorico q et pdicatiuꝰ noiat: cuiꝰ qdez notitia pstat ad itelligẽda ea q de demõstratiõe in libris posterioꝝ differunt: de oibꝰ tñ argumẽtatiõis ptibꝰ in hoc libro vel primaria vel secũdaria loquemur intentiõe. Uerũtñ ãteqz ad ipsius Aristo. verba descẽdã: duo pmittẽda sunt documẽta: quibꝰ et subiectuz et ordo et titulus huiꝰ libri apiant.

Primum itaqz documẽtũ sit tale. Totius dyalectice discipline due iueniũtur ptes pricipales. Pꝛia absoluit libro pdicamẽtorũ: cui liber Porphyrij et auctoris sex pricipiorum dseruiũt: et libro d iterptatiõe: et vocat hec ps logica vetꝰ: qꝛ ẽ d ptibꝰ syllogismũ itegrãtibus: quas syllogismo priores eẽ manifestũ ẽ: libri prioꝝ: posterioꝝ topicoꝝ et elẽchoꝝ scdaz totiꝰ logici negocij ptẽ ↄstituũt q qdẽ ps noiat logica noua. Logice vero noue due iteꝝ existũt ptes. Pꝛia resolutoria et iudicatiua nũcupat: q libris prioꝝ et posterioꝝ ↄtinet. Secũda localis

localis dicitur ⁊ inuentiua: quã Aristoteles ꝯprehẽdit octo libris topicoꝝ ⁊ duobus libris elenchorũ: resolutio aũt est duplex: alia est ꝯsequẽtie seu syllogismi in sua principia mãlia ⁊ formalia: qua resoluimus syllogismũ ĩ modũ ⁊ figurã ⁊ termios ⁊ ꝓpositiones: alia est resolutio ꝯsequẽtis seu rei ꝯcluse in principia ⁊ causas per quas ꝯcluditur: qua quidez resoluimus ꝯclusionẽ in ꝑmissas primas veras ĩmediatas priores notiores causasq̃ꝫ ꝯclusiõis: ⁊ cũ resolutio ꝯsequẽtie prior sit resolutiõe ꝯñtis: cũ resolõ ꝯñtis resolutiõez ꝯñtie ꝑsupponat: ꝓpterea libri illi in q̃bus de resolutiõe ꝯsequẽtie tractat̃ nõ ĩmerito dicti sunt libri priorũ analecticoꝝ .i. priorũ resolutionũ: at ea volumina in q̃bus de resolutiõe agit̃ ꝯñtis posteriora analectica .i. posteriores resolõnes iure nũcupant̃: facultas inuentiua seu localis ꝯes oĩum argumẽtationũ locos ꝯtinet: quibus locis ⁊ maximis artifices vtentes nõ sciẽtifici existũt sed oppinãtes: ⁊ hec ꝑs partit̃ in dyalecticã que nulli fallacie: sinistreq̃ꝫ argumẽtationi innitit̃: ⁊ sophysticam q̃ apparẽtibus nõ veris argumẽtatiõibus ꝓcedit: quare ordo libroꝝ logicã nouã ꝯstituẽtiũ talis existet: libri prioꝝ: posterioꝝ: topicoꝝ elenchoꝝ. ¶ Cõtra inuẽtio quo ad nos prior est resolutiõe: eo ꝙ nõ põt resolui ⁊ iudicari nisi qd̃ iam inuentũ est: ergo logica inuentiua dꝫ ꝑcedere logicã resolutiuã. Itez in libris priorũ tradit̃ ars inueniẽdi mediũ syllogisticũ: ⁊ in scd̃o posteriorũ via assignat̃ inueniẽdi mediũ demõstratiuũ: g̃ logica resolutiua erit logica iuẽtiua. Solutio est: dicit Albertꝰ magnꝰ: q̃ ois resolutio ẽ ad priora s̃ꝫ nãm: q̃ nõ resoluit̃ nisi vel posteriꝰ in priꝰ vel cõpositum in simplex: vel mãle in suum formale principium: ideo ars resoluendi ⁊ iudicandi s̃m rationem resolutiõis est ante artez inueniẽdi. Cõtra resolutio ꝑsupponit inuẽtionẽ: g̃ inuẽtio est prior s̃m nãm resolutiõe. Quapropter dico ego ꝙ resolutio presupponit compositionẽ: prius nãq̃ꝫ docet Aristoteles formare syllogismos: post eos resoluit in sua principia formalia ⁊ materialia. Ea logice pars que dicitur inuẽtiua: ideo sic vocatur: q̃ eius beneficio acquiritur promptitudo inueniendi argumẽta: ⁊ appropriate loq̃ndo dicit̃ ꝑs localis: cũ ꝯtineat oĩum argumẽtationũ cões locos. Solutio secũdi est: Boetius in topicis suis opinatꝰ est in quauis logice parte reperiri logicã iudicatiuã ⁊ inuẽtiuã: illa ꝑs est inuẽtiua in qua agitur de mã: illa censet̃ iudicatiua ĩ qua differitur de forma. Uel dicendũ est: licet in parte logice solutiua tradatur ars inueniẽdi mediũ: q̃ tñ talis ars nõ traditur vt ibi sit status: sed iccirco inducitur vt expeditius ⁊ cõmodius syllogismũ resoluere sciamus: necnõ ⁊ ꝯclusionez in principia ⁊ causas ꝑ quas ꝯcluditur: ꝓpterea libri priorum ⁊ posterioꝝ partẽ logice resolutiuã nõ inuentiuã ꝯstituerũt. Aliter vocatur illa pars logice inuẽtiua seu localis que cõmunes locos argumentationũ cõprehendit: ⁊ propterea quãuis ĩ libris priorũ ⁊ posterioꝝ tradat̃ ars inueniẽdi mediũ: q̃ tñ in ꝑfatis libris non ꝯtinent̃ oĩum argumẽtationũ cões loci: idõ ꝑs illa resolutiua nõ põt appellari ꝑs inuentiua. ¶ Sunt qui putant librum hunc quẽ pre manibus exponenduz habemꝰ dictuz fuisse prioruz analecticoꝝ: quia est de resolutione .i. syllogismo: priori .i. nõ ꝯtracto ad aliquã mãm spẽlez: ⁊ appellabat̃ liber posterioꝝ analecticoꝝ .i. de posteriori resolutiõe: q̃ de demõstratiõe q̃ ẽ ꝑs subiectiua syllogismi: est .n. ois demonstratio syllogismꝰ nõ ois syllogismus demõstratio. Cõtra: g̃ liber de syllogismo dyalectico posset vocari: liber posteriorum analecticoꝝ: cũ sit de syllogismo dyalectico parte syllogismi subiectiua. Solutio ẽ: regula ẽ Aristotelis: primo topicoꝝ capitulo .4. Quãdocũq̃ꝫ ẽ aliq̃d nomen cõe duobꝰ: ⁊ vni illoꝝ ẽ nomẽ impositũ: alteri n(on): illd̃ cui nõ ẽ nomẽ institutũ nominat̃ noĩe cõi: ⁊ ꝓpterea hoc nomẽ: liber posteriorũ analecticoꝝ ꝯsentiebat libro de demõstratiõe: ⁊ libro de syllogismo dyalectico: q̃ tñ libro de syllogismo dyalectico erat peculiare nomẽ impositũ: q̃ vocabat̃ liber topicoꝝ: libro autẽ de demõstratiõe nõ erat nomẽ ĩpositũ: iccirco talis liber noĩe cõi fuit nõ imerito nũcupatus: his ⁊ ordo ⁊ titulus libri patefactus ẽ.

Secundum documẽtũ ẽ tale. Greci subiectũ huiꝰ libri syllogismuz faciũt ꝓbatiuũ cõem ad demõstrationẽ ⁊ dyalecticuz. Latini vero arbitrant̃ syllogismũ in cõi ad ꝓbatiuuz ⁊ nõ ꝓbatiuũ eẽ subiectũ libri priorũ: q̃bꝰ ꝯsentiendũ ẽ tali fundamẽto: syllogismus peccãs ĩ mã non in forma ẽ syllogismus: ⁊ non ẽ ꝓbatiuus: q̃ ꝑmisse false nihil ꝓbãt: g̃ cũ forma syllogistica oẽm mãm ⁊ verã ⁊ falsaz ⁊ necessariã ⁊ ꝓbabilẽ indifferẽter respiciat: erit syllogismus simpliciter nullatenus ꝯtractꝰ: de cuiꝰ rõne est inferre tñ: subiectũ ꝑsennis partis: vñ de syllogismo ꝯsiderato quãtum ad passiões ꝯsequẽtes ipm in se ⁊ in suis partibꝰ subiectiuis ⁊ integralibus ⁊ reducibilibꝰ ad ipm est tota logice cõsideratio: at in libris prioꝝ de syllogismo intendit Aristoteles ꝯsiderato q̃ꝫtũ ad passiones ꝯsequentes ipm formaliter: cui quidem accidit ꝙ ex veris procedat ⁊ necessariis ⁊ ꝓbabilibus: figura ⁊ modus principia sunt syllogismi formalia: termini tres ⁊ due ꝓpositiões sunt eiusdem principia materialia: est figura terminorum: modus vero propositionum dispositio: ⁊ cum ad interrogationem factam per quid est syllogismus prime: secunde ⁊ terne figure: conuenienter respõdeamus ꝙ est syllogismus. Similiter ⁊ ad interrogationem factam per quid est demonstratio: quid nam sit syllogismus dyalecticus: erit iste terminus syllogismus subiectum huius libri: quatenus institutus est ad significandum omnes syllogismos omnium figurarum ⁊ omnes demonstrationes ⁊ syllogismos dyalecticos. Sunt enim hec vocabula de quibus Aristoteles hic prosequitur attributa duntaxat duabus propositiõibus in figura ⁊ mõ dispositis: ⁊ tales propositiões sunt denominatiue: omne animal est sensibile: ⁊ omnis hõ est animal est syllogismus. Quicquid perficit est vtile: virtus perficit ergo virtus est vtilis: est syllogismus: at iste sunt enunciationes primi modi: iste syllogismus est syllogismus: iste syllogismus est syllogismus: omnis demõstratio est syllogismus. ¶ Cõtra: iste terminus ens put a methaphysico cõsideratur: de subiectis omnibus scibilibus enũciatur: sed ista ꝓpositio: syllogismus est ens: vera eẽ nõ potest: sumendo illum terminum ens: quatenus est ꝯsiderationis methaphysicalis: rõ est: cuz dico: syllogismus est ens: vel capitur ly ens pro ente cõi ad ens reale ⁊ ens rationis: ⁊ hoc nõ: tũ quia ly ens tante cõitatis a methaphysico nõ cõsideratur: tum quia talis ꝓpõ foret equiuoca ⁊ distinguenda: n(ec)q̃ꝫ sumi põt ly ens pro ente reali: quia ista ꝓpositio est falsa: syllogismus est ens reale: at si sumatur ly ens pro ente rationis: constabit ꝙ in hac propositione: syllogismus est ens: non predicabitur ly ens pro vt a

methaphysico cõsideraf. Item ad interrogationem factam p quid est syllogismus prime: secũde & tertie figure & quid est demonstratio: quid syllogism° dyalecticus: respondemus cõuenieter p hunc terminuz syllogismus ergo in libris priorũ nõ solum de syllogismis trium figurarũ tractanduz erit: verum ẽ de demonstratione & de syllogismo dyalectico: eiusdẽ.n. partis alicuius discipline cuius officiũ est tractare ẽ genere & superiori: illius officiũ est inquirere de speciebus & partibus subiectiuis eiusdẽ. ℭ Solutio e: ista propõ est vera: syllogismus est ens reale: z occasionaliter. s. qz secunde intentões a rebus sumuntur occasionaliter: sunt qui cõcedunt istaz: syllogism° ẽ ens: capiendo ly ens cõe ad ens reale & ens rõnis: volentes ly ens tante cõitatis esse nomen vniuocũ vel saltem analogũ. Item cõstat qꝫ ista est vera in primo modo: syllogism° est ens rõis: quare siue ly ens reale sit id qḋ a methaphysico consideretur: siue ly ens cõmune ad ens reale & ens rationis: palam est istum terminũ ens a methaphysico cõsideratũ enunciari de oibus subiectis scibilibus. Solutio secundi est talis: syllogismus trahitur p differentias formales ad syllogismos prime: secunde & tertie figurez p differẽtias materiales descẽdit in syllogismũ dyalecticum & demonstratiuũ: quo fit vt nullus syllogismus existat quin sit vel prime vel secũde vel tertie figure: multi autẽ reperiunf syllogismi qui nec dyalectici sunt neqz demonstratiui: & propterea in eodẽ libro totali de syllogismo in cõi tractandũ fuit: & de syllogismis trium figuraruz: in ceteris partibus de demonstratione & syllogismo dyalectico differẽduz erat: vt ergo Aristoteles ostenderet qꝫ forma syllogistica idifferẽter quãcũqz materiã respicit: & qꝫ nullus est syllogismus quin sit prime vel secũde vel tertie figure: vtitur in pñti logice parte terminis ignotis nullaz determinataz materiam concernẽtibus: & nõ potuit cõmodius forma syllogistica: exclusa materia explicari qꝫ per propositiones ꝯstitutas ex terminis ignotis: at de enunciatione in libro ingritur de interpretatione: z quatenus ingredi põt syllogismum & formaz & materiam respicientem: itaqꝫ pmisse syllogismi cõcernentes formaz syllogisticam: sublata materia extra syllogismum non sunt enũciationes: at ille que cõponunt syllogismuz certe determinateqz materie extra syllogismũ dicunf enũciatiões his igitur explicatis tpe est vt ad textũ Aristotelis & Auerrois veniam°.

Partitur autem primus liber priorũ mea ꝯsuetudine in capitula. 37. snia primi stat in quinqz documẽtis. Primũ sit tale: prio opz dicere. i. determinare circa qd tanqꝫ circa finẽ & cuius gratia & de quo vt de subiecto est intẽtio. i. presens cõsideratio: qm̃ circa demonstratiões est: & ẽ demonstratiua disciplina. Deinde diffiniẽduz qd ppõ qd termin°: qd syllogism° pfectus & impfect°. Postea qd sit in toto esse vel nõ esse hoc in illo. i. alterũ in altero: & subiectũ in pdicato: & qd vocam° de oi & de nullo predicari.

Auerrois primo dicit: opz vt nos incipiamus primo & enunciem° in re de qua est inqsitio. i. in re circa quã est intẽtio: & in vtilitate inuenta in re quesita i idest de quo est intentio: deinde post illud idest premissa vtilitate inquisitiõis enũciem° in rebus que locanf loco radicũ & pricipiorum reliqo in quibus loquif in hoc libro: & est: quasi dicat: he sunt radices oium eoꝝ que dicũtur in hoc libro: vt dicamus primo qd ẽ ppõ: ad quã fit imediata syllogismi resolutio: & qd ẽ terminus: ad quẽ fit secũda resolutio q̃ ẽ ppositiõis in terminos: dicunf autem termini nõ noia & verba: qz hic cõsiderant n̄ vt ꝯstituũt enunciationẽ sed vt ad ipsos stat syllogismi vltimata resolutio. Deinde oportet dicẽ qd est syllogismus p substãtiã & diffinitionẽ illius: & qs syllogismoꝝ pfectus: & qs eoꝝ impfect°: eẽ nãqꝫ pfectum & impfectũ passiões sunt & pprietates syllogismi: cõsderunt aũt pprietates ad intelligẽdum quodqdẽ subiecti. r. de aia. ii. dicẽdũ quoqꝫ ẽ qd ẽ pdicatũ de oi rez aut nõ pdicatũ de oi ipso subiecto: aut & nõ ẽ aliquo ei°. Sũt. n. dici de oi vel nullo: eẽ in toto vel non eẽ principia syllogismi inquantũ syllogismus ẽ decursus rationis in conclusionẽ: sine quibus forma syllogistica nõ saluaretur.

Itẽ ait: dicemus ergo qꝫ res qdẽ de qua ẽ inquisitio & intẽtio in hoc libro ẽ demõstratio: qm̃ ẽ syllogismo qdẽ ẽ inqsitio pp inqsitiões de demonstratione: & vtilitas pueniẽs ex ea est acquisitio sciẽtie demonstratiue in oib° inuẽtis. i. in oib° ꝯclusiõib° sm id ꝯplet° & pfect°. i. ꝯclusio hz eẽ pfecti° & ꝯpletius p demõstrationẽ qꝫ p aliã argumẽtationẽ: in cui° nã ẽ vt acqraf homini. i. solus hõ is ẽ q p demonstrationẽ sciẽtiã acquirit. Intẽdit ẽ Aristoteles primaria intẽtiõe vt Albertus inqt circa demõstrationẽ: preposi tio circa dicit motũ circũspiciẽtis rõnis in circuitu: & nihil omittẽtis de his q̃ circa talẽ disciplinã sunt cõsiderãda. i. intẽdit Aristoteles nihil prsus ptermittere qḋ ad explicãdã naturã & essentiã demõstratiõis pertinere videaf: & si tractet de syllogismo: hoc ẽ quatenus notitia illius ꝯducit ad notitiaz demõstrationis inquirendã. Est & intentio de demõstratiua disciplina: de aũt preposito dicit mãm: qz mã de qua vltima & finali intentiõe intendimus demõstratio ẽ: que efficacissime pbat: syllogismus aũt simplex infert solum & nihil probat: & ppterea in via in qua deuenitur in notitiam ignoti per notum: vltima intentio stat i demõstratiõe & alia ordinantur ad illam. Alij expositores p demõstratiões intelligũt subiectũ libri posteriorũ: p demõstratiuã disciplinã intelligũt syllogismuz: cuius ratio reseruatur in ẽmõstratiua disciplina: subiecto libri prioꝝ. Clarissima erit sentẽtia Aristotelis si intelligaf hoc mõ: presens ꝯsideratio. i. cõsideratio syllogistica ẽ circa demõstrationẽ & . i. gratia disciplie demõstratiue.

Secundum documẽtum sit tale. Propositio syllogistica est oratio affirmatiua vel negatiua alicui° de aliquo: & ita partitur ppositio syllogistica primo i affirmatiuã & negatiuã: secũdo in vniuersalẽ: particularẽ & indeffinitã: tertio in demõstratiuã & dyalecticã. Demõstrator ppositiones suas nõ interrogat: quia oportet eũ credẽ q addiscit ipõt tñ interrogare an intelligat terminos & qd p nomẽ significatur. Dyalectica vero interrogatio cõtradictiõis ẽ: in potẽtia scilicet: & cõficif syllogismus ex vtrisqz.

Auerrois primo dicit. Propositio ẽ oratio affirmans aliquid alicui: aut negans aliquid ab aliquo. Pro expeditiõe talis diffinitiõis aduertendum est enunciationem: ppositionez: pblema: cõclusionẽ: instantiam eadem esse subiecto: ratiõe tantum distare: hec propositio. Celum est perpetuum: enumeratio est: i quãtũ v̇itatem ẽsignat aut falsitatem

falsitatem: ⁊ prout refertur ad rem designatam ⁊ interpretatam per enunciationem: acquirit nomen propositionis quando efficitur premissa: si concludatur: vocatur conclusio: noiatur problema: cum proponitur per modum questionis: dicitur instantia si ab opponente afferatur cōtra respondētē: ⁊ sum hui⁹ intentionis q̄ p̄misse syllogismi respiciētes formā ⁊ māmꝫ extra syllogismū dicūtur enūciatōes: at p̄misse syllogismi in terminis ignotis ex̄ syllogismū nō merētur nomē enūciatōis) Dicit ergo Auerrois: ppō est oratio affirmās aliqd alicui.i. ppō affirmatiua ē alicuius predicati de aliquo subiecto: hec nāqꝫ ppō de appropriate loquēdo designat inherētiaꝫ predicati ad subiectū: ⁊ solet vocari ppō affirmatiua ppō dedicatiua: aut inquit negans aliqd ab aliquo.i. ppō negatiua est remotio predicati ab aliquo subiecto: ⁊ propterea a multis propositio negatiua appellatur abdicatiua. Uerum q̄ translatio quā latini exponūt talis existit: propositio est oratio affirmatiua vel negatiua alicuius d̄ aliquo: dicit Albertus: propositio de si solum monstret subiectum cōuenit affirmationi ⁊ negationi: quantū ad relationeꝫ predicati ad subiectum nō stat omnino vniuoce: quia in affirmatiua notat inherentiam predicati ad subiectum: in negatiua autem notat remotionem. Quare hec est diffinitio propositionis: oratio alicuius de aliquo: additur hec particula affirmatiua aut negatiua: non vt pars diffinitionis sed vt per talem particulam declaretur propositionem partiri in affirmationem ⁊ negationem tanq̄ in species respicientes formale in propositione quibus diffinitio propositionis consentit. Ex his infero corolarie q̄ diffinitio quā moderni assignant dicentes: oratio indicatiua significans verum vel falsum: cōuenit ⁊ cathegoricis ⁊ hypoteticis propositiōnib⁹: at ista diffinitio: oratio alicuius de aliquo: nō nisi cathegoricis ꝯsentit: ex qb⁹ quidē cōficitur syllogism⁹ cathegoricus de quo intendit Aristoteles p̄nti volumine.

Item ait: ⁊ ppositioni est diuisio ex parte qualitatis: ⁊ diuisio ex parte quantitatis: ex parte quantitatis: quedam est vniuersalis: quedam particularis: quedam indeffinita: ⁊ vnaqueqꝫ istarū est aut affirmatiua aut negatiua: hec est ergo diuisio propositionis ex parte forme: scilicet diuisio vtilis i scientia syllogismi absolute: ergo vult Cōmentator q̄ diuisio propositionis in vniuersaleꝫ: affirmatiuaꝫ vel negatiuam: particularem similiter affirmatiuam vel negatiuā: ⁊ indeffinitam que particulari equipollet vel affirmatiuā iteruꝫ vel negatiuaꝫ sit diuisio propositionis ex parte forme in cōparatione ad diuisionem propositionis in demonstratiuā ⁊ dyalecticaꝫ: nam nullus existit syllogismus quin sit vel affirmatiuus vel negatiuus: vel vniuersalis vel particularis vel indeffinitus: multi aūt sunt syllogismi q nec demonstratiui existūt: neqꝫ dyalectici: verūtn̄ est: diuisio propōnis in vlem: particularē: indeffinitā ē diuisio ex p̄te materie in relatōe ad diuisionē propōis in affirmatiuū ⁊ negatiuum pretermisit aūt Aristoteles ppositioneꝫ singularē: vel q̄ de singulari non habet scientia: cum nō sit singulare subiectū scibile: vel vt inquit Albertus si aliqn̄ ponitur in syllogismo non ponitur vt singularis: sꝫ vt p̄ticulare ad hoc vel illud determinatū: particulare.n. est qd̄ substantialiter sub vl̄i accipitur: vt sub oī homine quidē hō singulare autem nec immediate nec per se sumitur sub vl̄i: q̄ si dicam: oīs hō currit: nō assumit sortes: nisi per hoc q̄ sortes ē quidā hō: nec qdam hō determinatur ad sortē nisi per hoc q̄ accidit cuidā hoī sortem eē. Uel dicendū ē ideo propositionē singularem nō fuisse enumeratā: q̄ ad p̄mū ⁊ secūduꝫ modum prime figure reducendi erant syllogismi ceteri ab illis: ⁊ cū ppositio singularis ad vlem nō ordinet: propterea de propositione singulari non potuit Aristoteles hoc in loco facere mentionē. Possunt itaqꝫ syllogismo ꝯcludi: vl̄e affirmatiuū: vl̄e negatiuū: particulare vel indefinitū affirmatiuū: particulare vel idefinitum negatiuū.

Iterum ait. Diuisio ppositiōis ex parte materie ē q̄ eius quedam ē demonstratiua: ⁊ quedā dyalectica: ⁊ alie scilicet rethorica ⁊ sophystica preter has ex diuisione que sequetur eaꝫ ex parte materierū que aguntur in artibus rationalib⁹ i. sophystica ⁊ rethorica que vocantur artes rationales: vna earum ē rōnalis rationalitate sensus: alia: rationalitate intellectus: est propositio demonstratiua vna pars ꝯtradictiōis ⁊ vera: ⁊ ex scitis primis p naturam.i. eis q̄ naturaliter vniuntur: talis.n. ppositio aut est per se vera: aut sumpta ⁊ pbata per ppositiones per se veras: nō.n. demōstrator interrogat ꝯsensum respondentis: ppositio dyalectica tam ē vnaqꝫ ex partibus contradictionis.i. q̄uis ppositio dyalectica nō interrogetur semper cum vtraqꝫ condictionis parte: idem tamen valet: nam electio semp respōdenti datur: vt quā velit contradictionis parteꝫ: det: sed tamen ille qui respondet apparentē sibi atqꝫ probabilē: dyalecticus ergo hꝫ viā ad ꝯcludēdū vtrāqꝫ ꝯtradictionis partem demōstrator: tn̄ vnam medio deducit demonstratiuo.

Tertium documentū sit tale: terminum eū appello in queꝫ resoluit̄ ppositio: vt in p̄dicatū ⁊ id de quo p̄dicat̄: ipso eē aut nō eē addito vel diuiso: cū.n. ppositio ex subiecto ꝯponatur ⁊ p̄dicato: ⁊ vnūquodqꝫ resoluatur in ea ex quib⁹ cō ponitur: resoluetur ⁊ diuidetur ppositio in subiectū ⁊ predicatum.

Auerrois dicit: terminus est id propter qd̄ signatur i hoc libro res illa i quā resoluitur propositio ex eo qd̄ est pars necessaria ad hoc vt sit propositio: que est predicatum ⁊ subiectū: que ambo sunt partes propositionis necessarie in essentia ipsius: ⁊ ratio est: quia in propositione semper actu explicatur: subiectum ⁊ predicatum: propterea subiectum ⁊ predicatum dicuntur partes necessarie in essentia ipsius: non res que adduntur in propositione loco copule: que sunt verba inuentionuꝫ: quoniam in illas non resoluitur ppositio s̄m q̄ sunt partes necessarie in ea: cum iam sit propositio cum verbo: ⁊ sit verbum inuentionis in ea inuentum in potentia ⁊ per subintellectum: sicut currit consuetudo in ea apud arabes in ternarijs: ⁊ sicut se habet res in binarijs: quia non est necesse eis verbum inuentionis.i. propositio non semper resoluitur in verbum inuentionis: idest verbum substantiuum: cum verbum substantiuum non semper explicetur actu in ipsa propositione quod si actu proferatur: erit vel predicatum vel appredicatum: sicut ⁊ cetera verba termini existunt propositionis similiter predicata vl̄ appredicata: cum enim dicitur: homo ambulat: illō verbū ambulat est predicatum predicte ppositionis: apud q̄ Auerroim non solum verbum substantiuum

est verbum:sed ⁊ verbũ adiectiuũ:⁊ ita fecit Aristoteles dũtaxat mentionẽ de partib⁹ ppõnis in quas necessario resoluit propositio: ⁊ sunt tales ptes propositionis substãtiales subiectũ ⁊ pdicatum:nõ nomen ⁊ verbũ:qꝛ propõ dicit aliquid de aliquo:propterea pars eius est subiectuȝ quod dicit id de quo aliquid dicit sub ratione qua substat illi quod dicit de ipso: ⁊ talem rõnem non hȝ nomẽ vt nomen est: similiter pdicatum dicit id qđ de alio dicitur sub ratione inherẽdi qua dicitur de subiecto: quod nõ dicit verbum inquantuȝ verbum:sunt alij qui dicunt verbuȝ esse partem propositionis in quam quidẽ nõ resoluitur propositio:nam cum copula sit forma propositionis:in formaȝ nõ resoluitur cõpositum:sed in materiaȝ.7.methaphysice.60.euanescit nãqȝ forma permanet materia. Quia ergo ĩ terminũ stat vltimata propõnis ⁊ syllogismi resolutio:non autẽ in ppõnem vltima syllogismi resolutio:ppterea dixit Aristoteles terminũ id eẽ in quod resoluit ppõ: ⁊ non dixit propositioneȝ eẽ in quam syllogismus resolueretur:tractatus igitur de termino considerato in via cõpositionis pcedit tractatũ de propõne:e ꝯtrio est si terminus cõsideret in via resolutiõis.

Quartum documentũ sit tale. Syllogism⁹ est oratio in qua positis qbusdã in modo.s.⁊ figura aliud quippiaȝ ab his que posita sunt necessario euenit:eo ꝙ hec sint.i.cum hec ipsa sint:dico autẽ eo ꝙ hec sint:ob hec euenire aliud qddam:quando nullo indigemus termino qui foris ⁊ extrinsecus habemur: vt necessaria sit illatio: id est syllogismus perfectus qui nullius indiget preter ea que sumpta sunt: vt appareat ⁊ existat necessarius: impfectus vero indiget vnius vel plurium:que necessaria quidem sunt p terminos ipsos subiectos sȝ non p sumptas propõnes.

Auerrois dicit pr°o:⁊ oratio hic in hac diffinitiõe est genus syllogismi: ⁊ volo p hoc orationeȝ enũciatiuã:nam in oratione enũciatiua vniuocantur omnes enunciationes cathegorice ⁊ hypotetice:dicitur autem syllogismus oratio ⁊ nõ orationes ⁊ propter vnitatem medij:⁊ quia maior est determinabile:minor determinatio:ex determinabili ⁊ determinatione fit vnum:⁊ propter vnitatem effectus aut finis. Dicitur auteȝ in qua vt Albertus docet propter preternecessarias propõnes que ad probandum vel declarandũ inducunt:que nõ sunt intra syllogismuȝ sed extra substantiã ipsi⁹: vnde propositiones sunt in duplici differentia.8.topicorum capitulo.2.necessarie ⁊ sunt ille p quas syllogismus fit:⁊ preternecessarie:que enumerant.4. relatiue:amphatiue:induetiue:explanatiue: Et p dictum eius ponunt in ea vult cuȝ cõcedunt ⁊ quietat in eis.i.vbi premisse a respondẽte concedant:necesse est cõsequẽter rñdẽdo ad aliud deduci:⁊ ad aliud euenire per illa concessa:concessis.n.propõnib⁹ siue velit siue nolit cogitur rñdens fateri illud quod ex illis illatum fuerit: vel dixit positis.i.ordinatis in modo ⁊ figura:p quã pticulaȝ secernat ab alijs modis arguendi ⁊ a syllogismo resolutorio. Et p dictũ eius res plures vna:vult propõnes.i.premissas: ⁊ dixit qdem plures vna:qm ostendet post ꝙ nõ erit syllogismus ex vna propositiõe:sed ex duabus tantum:⁊ hoc dictum est propter entimema in quo nõ quedaȝ orationes ꝛ sed potius vna ppõ ponit ⁊ ex illa concludit:sicut in syllogismis fit rhetoricis. Et p dictũ eius aliqua alia:vult ꝯclusionẽ:⁊ illud ẽ.i.rõ ẽ:qꝛ opȝ vt sit ꝯclusio alia a propositionibus:qm res i.cõclusiones nõ accipiuntur in ostensione suipsius ⁊ per hanc particulam separatur syllogismus a petitiõe principij ⁊ ab entimemate in quo arguitur a tota copulatiua ad partem:vñ iste nõ ẽ syllogismus ois hõ ẽ animal:oẽ animal ẽ substantia:ḡ ois hõ est animal. Similiter nec iste:ois hõ ẽ hõ:ois hõ ẽ hõ:ḡ ois hõ est hõ. Et per dictum suũ sequit ex necessitate conditionatur quidẽ necessitas:ppterea qꝛ ex ꝯsequentijs quedam est necessaria:⁊ quedã nõ necessaria:⁊ p hãc ꝯditionẽ differt syllogismus ab orationib⁹ ex quib⁹ sequit ꝯsequẽtia nõ necessaria:q̄ sunt inductio ⁊ exẽplũ:maxime illa inductio in qua nõ enumerãtur oia singularia:⁊ syllogismi qui ꝯcludũt aliqñ affirmatiõnẽ:aliqñ negationẽ:hac ḡ particula excludũtur oẽs ꝯbinationes inutiles ⁊ inepte ad syllogizandũ:quales sunt ex solis negatiuis:⁊ puris particularibus:⁊ queeũqȝ nõ necessario colligũt id qđ infertur. Est ḡ manifestũ ꝙ syllogismus sit oratio enũciatiua ⁊ ꝙ preter propositiones sequatur aliud quidpiã:⁊ ꝙ sit eõ sequentia necessaria:argumẽtationes nãqȝ nõ syllogistice si vim aliquã habeant concludendi:hoc ẽ quatenus in syllogismũ reducũtur:superest ostẽdere ꝙ ĩ syllogismo ponant plures ppositiones vna: ⁊ infra capite.22.id notũ fiet.

Item ait:syllogismus pfectus ẽ ille qui non indiget in apparentia eius qđ sequitur ex eo conclusio: vt agatur aliquid aliud preter ipsum ex eo qđ ostenditur conclusio eius.i.in syllogismo perfecto est manifesta euidentia:⁊ palam est conclusionẽ ex necessitate prouenire. Imperfectus ẽ qui indiget in ostensione eius qđ sequitur ex eo ꝯclusio:vt agat aliquid aliud ex propositionibus q̄ ponũtur in eo:diuiditur ergo syllogismus in duas partes:quia ex eo cui diminuitur aliqd quo ostẽdit qđ ẽ syllogismus:⁊ hic ẽ q appropriat noĩe impfecti:⁊ ex eo ẽ cui nõ diminuitur aliqd quo ostẽdit ꝙ ẽ syllogismus:⁊ hic ẽ q appropriat noĩe pfecti. Vñ in syllogismo perfecto termini oẽs q necessarij sunt:vt euidẽtissimus appareat sumpti sunt ꝛ neqȝ indiget aliquo termino q sit extra positus. Insup ppõnes oẽs que necessarie sũt vt appareat existatqȝ euidens sumpte sunt:in syllogismo impfecto oẽs qdẽ termini sumpti sunt:⁊ nõ ẽ alius desiderãdus:sȝ nõ oẽs ppositiões sumpte sunt vt euidẽs diiudicet:etenim ꝯuersiõe:syllogismo per ĩpossibile:syllogismo resolutorio victur Aristoteles dũ syllogismos imperfectos ad perfectos reducere tentabit.

Quintũ documẽtũ sit tale. In toto quoppiaȝ eẽ qppiã ⁊ de oĩ pdicari alteꝝ d̄ altero idẽ sunt. Silr ĩ toto ñ eẽ alterũ ĩ altero ⁊ de nullo pdicari alteꝝ d̄ altero ideȝ.i.eẽ ĩ toto ⁊ dici d̄ oĩ sunt ideȝ re:differũt rõne:eẽ ĩ toto dicit ꝯparatiõeȝ subiecti ad pdicatũ:dici de oĩ dicit ꝯparationeȝ pdicati ad subiectũ:cũ nõ sit aliud nisi pdicatum cuilibet parti subiecti inesse:distribuit tñ signum distributiuũ subiectũ pro qualibet parte subiecti. Dicimus aũt de oĩ pdicari:qñ nihil subiecti sumere possumus de quo nõ dicat predicatũ:silr dicimus de nullo dici:quando scilicet nihil qs põt sumẽ subiecti:a quo ñ remoueatur pdicatũ:dixit subiecti vt ꝯprehendẽt tã partes subiectiuas q̄ȝ integrales: vt hõ mouet ḡ caput: manus. Alij dixerunt sub subiecto ꝯprehendentes tantũ partes subiectiuas.

Auerrois dicit. Et per dictũ quidẽ de oi: aut dictũ de nullo: vult cũ nõ inueniat aliqd pdicatũ in oi subiecto de quo pdicatur pdicatũ: ⁊ illud est p hoc vt sit pdicatũ inuẽtũ oi subiecto ⁊ oi qd disponit p subiectuз: ⁊ inuenit in eo donec sit dictũ nřm: oẽ qd est aial est corpus: cuз volumus in eo intentionẽ dicti de oi: nõ est eius intẽtio: q vnũquodqз ex aialibus est corp⁹: sed vnũquodqз aialiuз ⁊ oẽ qd disponit p quoduis vnuз aialium est corpus: ⁊ hec est differẽtia inter dictuз de oi ⁊ ppõnem vlẽm: nam p propõneз vlẽm nõ denotat habitudo ad formã syllogisticã: sed bene p dictũ de oi id cõprehẽdit: dictũ.n. de oi significat: q de quolibet ɔtento sub subiecto dr̃ predicatũ: ⁊ de quolibet de q dr̃ subiectũ: dr̃ ẽt predicatũ: his quinqз documentis expedita est sñia primi capituli.

Digressio.

Contra propõnes hic approbatas inducant nõnulle difficultates. In primis hec ppõnis deffinitio vr̃ nõ recta oratio affirmatiua vel negatiua alicui⁹ de aliquo: tuз qz est nugatoria: cum ideз sit dicere affirmatiua ⁊ alicui⁹ de aliquo: negatiua ⁊ alicuius ab aliquo. Tum qz talis diffinitio cõsentit ⁊ cõclusioni ⁊ huic orationi. Deum eẽ: nec nõ ⁊ huic: Cato est vel nõ est san⁹. Tum qz affirmatiuũ ⁊ negatiuũ sunt pres subiectiue enũciatiõis ergo nõ diffinientes. Tum qz eadẽ ppõ est affirmatiua ⁊ negatiua: naз hec possibile est non eẽ cuз ɔ̃dicat huic affirmatiue: necesse est eẽ: est negatiua: affirmationi.n. sola negatio ɔ̃dictoria est. Item equalet huic negatiue: non eẽ: ǵ est negatiua: sed Aristoteles. 2. periher menias capite. 3. eam asserit eẽ affirmatiuã: ǵ. Iterũ hec propõ: ois hõ est nõ iustus est affirmatiua: vt cõstat: equalet huic negatiue: nullus hõ est iust⁹ ergo est negatiua. ¶ Solutio est. Dico primo: in deffinitione ppõnis: addit affirmatiuũ aut negatiuũ nõ tã q̃ partes deffinitõis sed vt species in quas propõ ipsa diuidit. Dico scdo: cõclusio ⁊ ppõ sunt idem re ⁊ hec oratio: deuз eẽ nõ est oratio indicatiua: hec vero: Cato est vel nõ est sanus apud multos est mixte qualitatis.i. affirmatiua ⁊ negatiua simul: eam tñ puto eẽ affirmatiuam; siue sit disiunctiua siue cathegorica de disiuncto extremo: naз ly vel affirmat: ⁊ verbum principale. Dico tertio: hec possibile est non eẽ nõ ɔ̃dicit huic: necesse est eẽ: cuius hec est negatio: non necesse est eẽ: in istis.n. duabus propositionib⁹ necesse est eẽ: non necesse est eẽ: enũciatur ideз d eodeз affirmatiue scilicet ⁊ negatiue: at cũ in istis: possibile est non esse: necesse est esse: predicentur possibile ⁊ necessarium ⁊ non sint idem: non erunt prefate propositiones contradictorie: verũtamen hec affirmatiua possibile est non esse equiualet huic negatiue: non necesse est eẽ: neqз reputandum est inconueniens affirmatiuam idem posse q negatiua: ⁊ voluit Aristoteles has equiualere: omnis homo est non iustus: nullus homo est iust⁹: similiter ⁊ has homo est iustus: homo non est non iustus: idem itaqз possunt quo ad veritatem ⁊ falsitatem: quo ad cõsequẽtiam: non aũt quo ad affirmationem ⁊ negationem: propositio insup copulatiua negatiua valet disiunctiuam affirmatiuam ⁊ disiunctiua negatiua copulatiuam affirmatiuam.

Est difficultas ñ pretermittẽda: ceteris relictiз q ad p̃mũ hoc capput ptinere vident: nũqd ɔclusio sit de eẽntia syllogismi. Solitus sum tenere partem affirmatiuam: his rationibus. Modus ⁊ figura sunt principia formalia syllogismi: sed modus a modo ⁊ figura a figura secernitur per conclusionẽ: ergo. Iteз hec secunda intentio syllogismus fundatur in p̃missis ⁊ terminatur ad conclusionẽ: ergo syllogismus ñ est perfectus ⁊ integer absqз conclusione. Item syllogismus est consequentia: de cõsequentie eẽntia ẽ antecedens ⁊ consequens: ergo. Sunt qui arbitrantur conclusionem non eẽ de eẽntia syllogismi: sed syllogismum dicunt eẽ conclusionis illatiuũ. Tum quia demonstratio est due premisse: per quas in nobis ḡ generatur notitia scientifica conclusionis. Tuз quia est omnis syllogismus ex tribus terminis ⁊ duabus ppositionibus. Tum qz sublata conclusione remãet syllogismus perfectus in certo modo certaqз figura est.n. modus ordinatio p̃missarũ ⁊ figura terminoꝝ: propterea agendo partes conciliantis dico q syllogismus põt capi dupliciter: vno mõ vt ẽ inferens tñ ⁊ ita cõclusio nõ ẽ de eẽntia syllogismi: alio mõ vt est ɔgregatũ ex inferente ⁊ illato: quo pacto ɔclusio ẽ d integritate syllogismi.

¶ Caput Secundum.

Voniaз aũt ois.

Quia beneficio conuersionis syllogismi imperfecti ad perfectos reducuntur: idcirco quibusdã documentis de conuersione propositionum de inesse: de necessario: ⁊ de cõtingenti presenti capite tractandum ẽ. Primũ documentũ sit tale: oĩs ppositio aut est de inesse aut de necessario ineẽ: aut de contingenti inesse: relinquit ppositiones de possibili ⁊ impossibili: cum ex his infra syllogismi nõ cõstituãtur: verũtamen cognita forma syllogizandi ex ppositionibus de necessario ⁊ ɔtingẽti facile admodum erit formare syllogismos ex propositionibus de possibili ⁊ impossibili. Et harum ppositionum s̃m vnãquãqз locutionẽ ⁊ appellationẽ.i. tã de ineẽ q̃ de contingenti q̃ de necessario: quedam sunt affirmatiue: quedaз negatiue: rursus tam affirmatiuarum q̃ negatiuarum alie sunt vniuersales: q̃dam particulares: ⁊ quedam indefinite.

Auerrois dicit: oĩs qdẽ ppositio aut ẽ absoluta.i. inuẽta ĩ actu. que solet dici ppositio de ineẽ: aut necessaria aut possibilis: ⁊ propter hoc diuiduntur genera syllogismorũ diuisione partium modorum propositionum.i. syllogismi partiuntur s̃m q partiuntur propositiões: introduxit ǵ Aristoteles hanc diuisionem: vt intelligẽtur genera syllogismoꝝ diuidi diuisiõe partiũ modoꝝ ppositionũ: ⁊ post diffinitionẽ syllogismi talis diuisio assignata ẽ: qm̃ p has ppositiones nõ ɔstituunt syllogismi quatenus syllogismi sunt: penes.n. variationẽ ppositionũ in quantitate ⁊ qualitate mutat modus syllogisticus: ⁊ nõ penes variationẽ ppositionũ de ineẽ: de necessario: de ɔtingenti.

Itẽ ait: p inuentas quidẽ vr̃ vt velut hic inuẽtas ĩ actu q̃ ñ sunt necessarie: scilicet illas in qbus inuenitur predicatum omnibus partibus subiecti ⁊ illud s̃m plurimum temporis: ⁊ hec est differentia inter necessarias ⁊ inuentas in actu: scilicet q in ne

cessarijs inuenitur predicatum omnibus singularibus subiecti in omni tpe sed in illis in plurimo tēporis: ⁊ simile est vt intrēt hunc modū ex propositionibus ille ꝺ quibus ignoratur ꝙ sint necessarie aut non necessarie: ⁊ he sunt ꝓpositiones que nō inueniuntur in actu nisi dum durat subiectum inuentum in actu aut predicatum: ⁊ hec est sentētia Alexandri quoniaꝫ iste singulares ⁊ si inueniatur ex eis vniuersalis: est tamen admoduꝫ ipsius ex tempore ⁊ ꝑ accidēs. Sensus est: propositio absoluta vt Auerrois infra declarabit aliqua est vera in omni tempore aut plurimo temporis; veluti sunt iste: omnis coru⁹ est niger: omnis nix est alba: aliqua est vera in minimo tempore: sicut est ista: omne motum est homo. Iteꝫ est aliqua absoluta ſm scientiaꝫ tantuꝫ ⁊ est illa cui⁹ scimus predicatum inesse subiecto sed ignoramus an necessario an possibiliter insit: aliqua est absoluta ſm essentiam ⁊ scientiaꝫ: veluti est ista: omnis coru⁹ est niger. Et Alexander tenuit ꝙ propositio inuenta seu de esse est propositio possibilis quando ipsa habet predicatū actu inherens ipsi subiecto in tēpore presenti. Contra per paruū tempus accidit ꝙ ponatur in actu respectu omniū suppositorū: tales aūt propōnes sunt ꝑ accidēs quas etiaꝫ ars agricole nō faceret a fortiori nec ars topica nec demonstratiua ꝗ difficile erit ſm mentem Alexādri inuenire propositionem vniuersaleꝫ de ines̄. Item constat Aristotelem vitare huiusmodi propositiones inuentas in eo ꝙ venit post. i. infra capite. 13. vult Aristoteles ꝙ ꝓpositiones inuēte debent eē in omni non in tempore determinato vt nunc vel per aliquod tempus demonstratum sed per tempus absolutum: nam ex talibus propositionibus fiunt syllogismi: ergo nō debꝫ accipi propositio de inesse que in tempore determinato sit vera: cum ex tali ⁊ ea que est de possibili aliquando sequatur verum: aliquādo sequatur falsum: hec sunt exempla: omnis homo potest moueri: ⁊ omne quod nūc mouetur est equus ergo omnis homo est equus. Iteꝫ omnis homo potest moueri: omne quod mouetur nūc est animal ergo omnis homo est animal.

Iterum ait: neqꝫ est etiam aliquid continens necessarium ⁊ possibile que est sentētia Theofrasti ⁊ alioruꝫ: nisi velit ⁊ intelligat per scitas inuentas ignotas inesse eas necessarias aut possibiles: quia quod intendit hic est diuisio propositionis ſm diuisiones inuenti aut ſm diuisiones scitorū primoꝝ ſm naturaꝫ idest Theofrastus credidit illā esse propositionē absolutaꝫ in qua deficeret expresse modus necessitatis ⁊ modus possibilitatis: materia auteꝫ existeret necessaria vel possibilis: ⁊ propterea quia talis propositio non modalis poterat effici modalis de necessario ⁊ possibili: dicebatur ꝙ ipsa continebat necessarium ⁊ possibile: ⁊ ita ſm istaꝫ opinionem modi faciebant propositiōem modalē: absentia modoꝝ propōneꝫ de ineē: nisi intellexerit Theofrast⁹ per scitas inuētas ignotas ineē eas necessarias aut possibiles. i. absolutaꝫ ſm sciam tantū. At Auerrois arbitratur ꝙ modi nō ꝯstituāt propositiōes eē tales: vt modus necessarij non reddit propositionē necessariam: nec eius absentia ꝓpositionē de ineē: sed solum ex ratione terminoruꝫ hꝫ propō ꝙ sit necessaria vel de ineē vel possibilis.

Digressio.

Quia eorum que sunt: quedā sunt de quibus ⁊ verum dicere ꝙ sunt tantū: vt igneꝫ calefacere: alia sunt necessaria: vt celum moueri: alia possibilia vt sedentem ambulare: iccirco ſm naturaꝫ reꝝ fuit nomen ꝓpositionis partituꝫ in ꝓpositionē absolutam: ꝓpositionē de necessario ⁊ ꝓpositionē de possibili: verum ꝑ contentiones nō contēnendas inter expositores: occurrētes circa prefatam diuisionē operéprecium est inducere opiniones varias: vt deinde opinio Auerrois clarius itelligat. Et in primis dico ꝙ latini ⁊ inter grecos Theofrastus: Themisti⁹ ⁊ Herminius tenuerunt ꝙ ꝓpositio absoluta seu de inesse eēt illa in qua nō exprimeretur modus modaliter capius: ⁊ ita ꝓpositiones primi ⁊ secundi modi dicēdi ꝑ se: sine modo necessitatis dicende sunt de inesse propositiones etiam si sint de modo cōiungētis: eo āmoto: remanēt ꝓpositiōes de inesse: quādoqꝫ vere: quādoqꝫ false: omnis ergo ꝓpositio sine modo: siue sit in terminis necessarijs: siue possibilibus positis inesse: siue nōdū positis ineē dicitur ꝓpositio de inesse: ⁊ inuenitur aliqua ꝓpositio de inesse vera: aliqua falsa: aliqua necessaria: alia impossibilis: alia possibilis: ⁊ capiendo possibile vt distinguitur ab inesse: aliqua ē ꝓpositio vera de inesse que nec est necessaria nec possibilis: ergo sublatis propositionibus de necessario ⁊ possibili potest remanere aliqua ꝓpositio de ineē vera non necessaria neqꝫ possibilis: hinc insurrexit apud latinos distinctio de propositione de ineē: quā aliqua ē de ineē simpliciter: aliqua de ineē vt nunc: quibus Aristoteles vtitur dum syllogismos mixtos constituit ⁊ difformes.

Vādo vero idē. Sententia huius capituli quod de syllogismis absolutis secūde figure inscribitur cōsistit in hoc: secunda figura est quādo medi° termin° inest vtriqꝫ extremo aut affirmatiue aut negatiue aut vni affirmatiue & alteri negatiue & hoc siue vniuersaliter siue particulariter siue indeffinite attribuat. Mediuz in hac figura est: primuz positione & extra extremitates nō ab illis equedistans. Sed maior ē illi primior: & minor distantior. Habet eniz maior extremitas similitudinem cuz medio: ex quo semel tantuz in conclusiōe predicatur: minor vero longius sita est: cū nūqꝫ predicetur. Sit autez syllogismus extremis vniuersaliter sumptis: quando mediuz vni extremoruz inest omni: alteri vero nulli: vtrolibet ponatur vniuersale negatiuuz siue ad maius extremuz siue ad minus aliter autē vniuersaliter sumptis extremis nullo pacto fit syllogismus. i. sunt duo modi vtiles vniuersales in hac figura Cesare & Camestres: ex puris vniuersalibus affirmatiuis & negatiuis nō colligit conclusio. Fitez fit syllogismus non vtrisqꝫ extremis vniuersaliter sumptis: vt quando vnus vniuersaliter & alter particulariter sumitur: & capiatur particulare opposito modo vniuersali: vt si ad maius extremum sit vniuersale negatiuuz: ad minus sumatur particulare negatiuuz: &, si ad maius sit vniuersale affirmatiuum: ad minus sumatur particulare negatiuum. i. sunt duo modi particulares concludentes particularez negatiuaz vocati cōmuniter: festino: Barocho: nō fit autez syllogismus maiori particulari negatiua & minori vniuersali affirmatiua: & maiori particulari affirmatiua: minori vniuersali negatiua. Et quando premisse sunt similes in qualitate nullatenus fit syllogismus: & sint primit° ambe negatiue, maiori vniuersali: in tali. n. cōbinatione dantur termini in quibus omni. x. inerit. n. & pariter in quib° nulli inerit: termini nulli inesse, nigruz: nix: animal: omni inesse dari possunt: lapis: animal: hō: verūtamē si possunt dari omni inesse si medium minori extremo alicui & insit & alicui nō insit, vt si aliquod. x. est. m. & aliqd. x. nō est. m. naz si dabuntur vt omne. x. est. n. cum etiaz positiuz sit: nulluz. n. est. m. sequitur ergo nullum. x. est. m. sed positiuz fuisset: aliquod. x. esse. m. ergo duo contradictoria: qd est impossibile. Sed ex indefinito monstranduz est: naz ambabus vniuersalibus negatiuis nihil colligitur: ergo neqꝫ fiet syllogismus altera vniuersali negatiua & altera particulari negatiua. Et si ambe ppositiones sint affirmatiue: maiore vniuersali: dantur termini in quibus omni & in qb° nulli: nulli quidez: albuz: agnus: lapis: omni autem inesse dari possunt: substantia: animal: hō: veruz termini omni inesse vt prius nō dabuntur quando mediuz minori extremo particulariter inest & particulariter nō inest. Palā est ergo qꝫ in hac figura sunt oēs syllogismi negatiui: & imperfecti qui & conuersione & deductione ad impossibile reducuntur ad modos prime figure.

Digressio.

Conditiones huius secunde figure varijs explicentur documentis. Primū sit tale. Auerrois dicebat: manifestum ē qꝫ huiusmodi compositio est compositio syllogistica & qꝫ cogitatio hominis cadit super eaz per naturaz & non per viaz artificialē. Sensus ē: in secunda hac figura recte iudicamus abortiuuz nō viuere: ppterea qd omne viuuz qd supple iā est animal est aptum vt clamet: nulluz abortiuuz ē aptuz vt clamet ergo nulluz abortiuuz viuit: ergo nō ideo erit appellanda figura naturalis: quia in ea necessario & euidenter cōcludatur: sed sufficit ad nālitatez figure vt per ipsaz aliquid ita ɔcludat qd eo nihil prius p naturā possit

concludi

Nota · qtr figa dicatr natis :

cōcludi: quare cōcludēdum erit infra quartā figurā nō extitisse nālem: cū ēt ex ipsa directius ⁊ p naturā aliud cōcludat q̄z principale quesitum: ⁊ quod dixi/mus de secunda figura: d tertia ēt volum⁹ intelligi.

Secundum documentū sit tale. Propo/no hanc cōsequētiaz: in secū/da figura necessario altera premissaruz est negatiua ⁊ maior vniuersalis: ergo in secūda figura non sunt nisi quattuor modi cōbinationū vtiliū quesitū deter/minatū concludentiū: nam cū medius terminus de vtroqꝫ extremo predicetur: potest superius enūciari de quolibet inferiori: vbi tñ vnū inferius ab alio vel removeatur: maior quoqꝫ est vl'is: qm̄ si maior esset particularis siue affirmatiua siue negatiua: possꝫ me/dium: prio affirmari particulariter vel negari de su/periori ⁊ postea vniuersaliter negari vel affirmari d inferiori ad illud superius ⁊ non infertur illud supe/rius vniuersaliter nec particulariter negari ab infe/riori: nam.n. valet: aliqua substantia est animal: nul/lus lapis est animal: ergo aliquis lapis non est sub/stantia. Item aliqua substantia non est animal: om/nis homo est animal: ergo aliqs homo non est sub/stantia.

Tertium documentū sit tale. Perficiuntur syllogismi secunde figure cōuer/sione ⁊ deductione p impossibile: ⁊ vocat modus re/ducendi per impossibile: qꝛ procedit p vnā ꝓpōnez impossibilez quā opꝫ respondentē fateri: nam nega/uit eius ꝯdictoriū prius formaliter illatuz: vel d̄r ad ipossibile: qꝛ tendit ad illationē vnius ꝯclusiōis im/possibilis: vel saltē magis ipossibilis: q̄z fuerit prio illata: ⁊ est inuētus iste modus arguēdi pp proteruos rñdentes sepenumero dissentiētes ꝯclusioni quali/ter cūqꝫ illate: vtimur ergo demonstratiōe ducēte ad ipossibile: quādo facta hypotesi q̄p propositiōes sint vere ⁊ cōclusio falsa: sumimus cōtradictoriū cōclu/sionis: quod ideo cōceditur veruz: quia cōclusio di/cta est esse falsa: cū vna ꝓpositiōe iaz posita: ⁊ in ma/nifesto cognitoqꝫ syllogismo cōcludimus ꝯtradicto/riū alterius propositiōis: quod cū ex necessitate eue/niat: erit cōcedēduz: ⁊ concessa est etiaz propositio: q̄ eius cognoscitur cōtradictoria: id aūt falsum ⁊ ipos/sibile: ad quod perducit: ex quo rursuz cōcludimus syllogismuz validū esse qui prius negabatur: verbi causa: posite sint ⁊ admisse vere propositiones iste: oē.n. est.m. nulluz.x. est.m. sed sit negatū: nulluz.x. esse.n. ex necessitate prouenire propter hec: imo fal/suz esse dicatur: nulluz.x. esse.n. ergo ista propositio erit vera: aliqd.x. est.n. ⁊ positū est oē.n. esse.m. for/metur itaqꝫ iste syllogismus: oē.n. est.m. aliquod.x. est.n. ergo aliquod.x. est.m. maior est posita: minor est concessa ergo conclusio est vera: ergo duo contra/dictoria simul vera: sed istud est impossibile: ergo nō poterat fieri vt duabus primis propositionibus ve/ris: hec vniuersalis negatiua nullum.x. est.n. simul esset falsa: ergo ⁊c̄. ⁊ talis modus reducēdi per ipos/sibile non remouet perfectionem a modo: his itaqꝫ constat q̄p in secunda figura semper maior est vi .uer/salis: ⁊ conclusio negatiua. Cesare reducitur ad cela/rent per simplicez maioris cōuersionez: Camestres perficitur conuersione ⁊ premissaꝝ transpositiōe s̄m latinos: nam s̄m Auerroim nō differt cesare a came/stres ante plationē cōclusionis: festino sola maioris eget cōuersione: Baracho per impossibile efficitur Barbara: hec de secunda figura.

Caput Quintum.

Si autez eidē hoc. Sentētia huius capitis qd̄ de syl/logismis tertie figure absolutis inscribitur tota cōsistit in hoc. Est terna figura quando eidē medio extrema insunt: vel aliter vel par/ticulariter: vel affirmatiue vel ne/gatiue: est quidē in hac figura me/dium positione vltimuz: cuz vtriqꝫ extremo subijcia/tur: ⁊ medio proximius iacet minor extremitas: re/motius maior: ⁊ ratio est: nam in conclusione subici/tur minor extremitas: semper maior extremitas in hac figura inuenitur predicata. Sex sunt modi hui⁹ figure ita nominati: Darapti: Felapton: Disamis: Datisi: Brochardo: Ferison: cetere combinatiōes in/ueniuntur incollectiles.

Item assignat duos modos cōmunes omnib⁹ figuris vocatos fapesmo ⁊ frisesomorum: ⁊ reducit tandez ad syllogismos vniuersales prime fi/gure ceteros omnes syllogismos: quo fit vt perfe/ctissimi omnium sint vniuersales prime figure syl/logismi.

Auerrois primo dicit. Sz termini quib⁹ cō/cluditur negatiua non inueniun/tur: cuz verificatur cuz particulari negatiua affirma/tiua particularis: vnde est obseruandum q̄p in prima ⁊ secunda figura quando combinatio est inutilis ex minore particulari dantur quidem termini in quib⁹ nulli: deficiunt vero termini quibus omni: in tertia figura fit econtrario: particulari.n. existente negati/ua ⁊ vera particulariter tantū dātur termini in quib⁹ omni: minime in quibus nulli: ⁊ ratio est: in prima fi/gura ex maiore vniuersali negatiua ⁊ minori parti/culari negatiua nō fit syllogismus quicq̄z colligens: at si loco particularis negatiue sumatur particularis affirmatiua simul vera cuz prefata particulari negati/ua: cōcludetur particularis negatiua que vniuersali affirmatiue repugnat nō vniuersali negatiue: ⁊ pro/pterea in tali figura ī nulla materia possunt dari ter/mini in quibus omni: nam duo cōtradictoria forent simul vera: particularis scilicet negatiua ⁊ vniuersa/lis affirmatiua. In tertia figura quando maior ē vni/uersalis affirmatiua ⁊ minor particularis negatiua: ea in affirmatiuam mutata concluditur particularis affirmatiua que vniuersali repugnat negatiue: n̄ vni/uersali affirmatiue: ⁊ sic econtrario accidit in hac figu/ra q̄z in prima: ibi.n. maiore vniuersali affirmatiua: minore particulari negatiua dabātur termini in qui/bus omni ⁊ termini ī quibus nulli. In tertia vero fi/gura minime: in qua tamē qualibet premissa existen/te negatiua dantur termini in quibus omni ⁊ in qui/bus nulli: semper termini repertūtur: si particularis negatiua nō secum compatiat suaz subcontrariā. In/super attendenduz est nō declarātur combinationes inutiles: si cōcludātur duo contradictoria: sed requi/ritur vt cuz veritate taliuz p̄missaruz stet veritas duo/rum contrariorū: naz cum veritate premissarū quar/ti modi prime figure stat veritas duorū contradicto/riorum. Exempli causa: nullus equus est homo. Ali/quod quadrupes est equus: nullum quadrupes est hō. Itē: nullus equus ē hō. Aliqd̄ animal est equus: aliqd̄ aial est hō.

Item sit. Et cõmune est oibus figuris ꝙ non cõcluditur in eis ex duabus negatiuis: neqȝ ex duabus particularib⁹: neqȝ ex duab⁹ indeffinitis: neqȝ ex indeffinitis ⁊ particularibus: cum sit vis indeffinitaruȝ sicut vis particulariũ: ⁊ intendẽs tractare de syllogismis indirecte cõcludentib⁹ dicit ⁊ est ostensum ꝙ in vnoquoqȝ modoꝝ syllogismorũ cum sint propositiones: quarum vna est vniuersalis negatiua ⁊ alia affirmatiua: ꝙ iam erit syllogismus cõcludens semper scilicet cõcludens quesitũ determinatũ ⁊ indeterminatũ: ⁊ quesituȝ determinatũ qñ est negatiua vniuersalis maior in prima figura: ⁊ indetermiatũ cũ est minor vniuersalis negatiua: ⁊ maior particularis aut vniuersalis affirmatiua: ⁊ similiter est dispositio in figura secunda illius modi ĩ quo erit minor vniuersalis negatiua ⁊ maior ꝑticularis affirmatiua: ⁊ in figura tertia illius in quo erit minor negatiua: quod est: cum est: nulluȝ.b.g.oẽ.b.a. cum cõuertunt̃ due he propositiões: ⁊ dicitur: quoddam.a.est.b.⁊ nullũ.b.est.g.cõcludit̃ quoddam.a. nõ est.g. scribit Albertus: hi modi nõ in omni figura manẽt indirecti: quinimo peccant cõtra directos prime ⁊ tertie figure: nam in pria ⁊ tertia figura minores semp sunt affirmatiue: ille vero peccat contra secũdam figuraȝ cuius maior est particularis: ⁊ non possunt prefati modi habere nisi cõclusiones particulares negatiuas: ⁊ ratio est: quia in tali cõplexiõe vbi maior est affirmatiua vniuersalis vł particularis ⁊ minor negatiua vniuersalis cõprehendit̃ min⁹ extremuȝ sub maiori: ⁊ cuȝ concluditur indirecte: tunc maior extremitas subicitur in cõclusione ⁊ minor ꝓdicatur de maiori: ⁊ quia maior est negatiua opȝ cõclusioneȝ esse negatiuã: verũ quia minor predicatur in cõclusione de maiori opȝ ꝙ negetur inferi⁹ d̃ suo superiori: at inferius nõ potest negari de superiori nisi particulariter: ergo cõclusio neccessario erit particularis negatiua: formentur syllogismi in oi figura ƒm tales cõbinationes: ois vel aliquis hõ aial: nullus asinus est hõ. Iteȝ aliqđ aial est hõ: nullus asin⁹ est homo. Iteȝ: ois vel aliqs hõ aial: nullus homo est asinus.

Digressio Auerrois.

Verum non: digressio hec Auerrois tẽdit ad hoc vt d̃claret̃ figuram quartã quã Galenus asseruit nõ esse naturalẽ: quã quideȝ digressionẽ volumus tractare quibusdã documẽtis. Primũ sit tale: nõ numerant̃ inquit huiusmodi syllogismi sapesmo scilicet ⁊ frisesmoꝝ iter syllogismos de quibus est intentio hic: cũ sint quesiti hic syllogismi super quos cadit cogitatio ꝑ naturam in cõparatione ad quesita determinata: sed syllogismus quidẽ qui cõcludit nõ quesitũ determinatum nõ innititur ei vis cogitatiua ꝑ naturam: neqȝ eius cõpositioni penitus: qꝛ si quesierim⁹ ꝛ vtrũ.a. sit in.g.ł.vtruȝ oẽ.g. sit.a. ⁊ dixerimus.a. est in.g.ł.oẽ g.est.a. quia oẽ.b.est.a. omne.g.est.b. ergo oẽ.g.est a. erit iste syllogism⁹ nãlis intẽdis in sermone gentiuȝ multũ: ⁊ hec est figura pria. Et sili cuȝ dixerim⁹ oẽ.g.est.a. propterea qꝛ oẽ.g.est.b. ⁊ oẽ.a.est.b. est manifestuȝ quia hec cõpositio est inuenta nobis per naturam: ⁊ hec ẽ figura secunda: ⁊ attendendum ẽ: ꝙ cogitatio hominis per naturam põt cadere supra syllogismuȝ malũ. Et similiter cuȝ diximus omne g.ẽ.a. quia omne.b.est.a. omne.g.est.a. hic etiam est syllogismus nobis per naturã inuentus ⁊ hec est figura tertia: sed si dixerimus omne.g.ẽ.a. quia omne b.est.g.oẽ.a.est.b. hic erit in quo non facit aliqđ natura: quia qđ sequitur ex illo est preter quesitum: qđ est: quia.g.ẽ in.a.ł.oẽ.a.est.g. ⁊ hoc nõ querebatur: ⁊ hoc est in gradu quarto qui dicit.g.est in.a. quia.a. ẽ in.b.⁊.b.in.g. qđ est id qđ nõ facit cogitatio ꝑ naturam: qꝛ oporteret cõuertẽ vniuersales affirmatiuas in terminis.

Secundum documẽtũ sit tale. Et ex hoc ostẽditur ꝙ figura quarta cuius rememoratur Galenus nõ est cũ syllogismo numeranda super queȝ cadit cogitatio per naturaȝ: qđ est: quia cuȝ queritur an in.g.est.a.ł.g.est.a. ⁊ si in figura quarta dicimus.g.est.a. quia.a.est.b.⁊.b.ẽ.g. nos quidem sumus inter duo: aut vt accipiamus qđ sequitur ex hac compositione ⁊ dimittamus illđ quesituȝ naturaliter: qđ est: quia.g.est in.a.ł.a.est.g. ⁊ hͦ est diuersuȝ ab eo qđ quesiuimus: aut sit cuȝ eo qđ intulimus in hac compositione remanens quesitum in mentibus nostris sicut fuit apud inquisitionẽ: qđ est ⁊ vt sit in eo subiectũ: subiectũ quesiti: ⁊ predicatuȝ: predicatũ: ⁊ vt accipiantur ista duo simul est impossibile: qđ est: quia in omni quesito vno est subiectum eius subiectuȝ per naturaȝ: ⁊ predicatum in eo predicatum per naturaȝ: ista ergo est vna ratio que est syllogismus hypotheticus diuisiuus ⁊ prima pars d̃ducit ad hoc incõueniens ꝙ aliud syllogizatur ab eo qđ queritur: si.n.b.de.a.⁊.g.de.b. predicetur: non concludetur quesituȝ si erit figura quarta: sed si erit prima: nõ colligitur illud quesituȝ.g.est.a. sed istud.a.ẽ g. naȝ in prima figura dȝ medius terminus predicari de minori extremitate ⁊ subici maiori extremitati. Secũda pars diuisionis deducit ad hoc: ꝙ oportebit dicere illa duo esse quesita naturalia. Iteȝ inducit̃ secunda ratio: ⁊ etiaȝ cuȝ remanet subiectuȝ: subiectuȝ apud nos in quesito: ⁊ predicatũ predicatũ: ⁊ hoc est inuentuȝ in mentibus nostris cũ hac dispositiõe: duȝ durat quesituȝ: quesitũ deinde veniemus cum termino medio predicato de predicato quesiti ⁊ subiecto subiecto quesiti: sicut videtur Galenus ꝙ hec sit figura quarta in comparatione ad quesitũ: ⁊ si nõ haberemus respectũ ad concludendũ predicatum quesiti d̃ subiecto quesiti per medium qđ predicaretur de predicato ⁊ subiceretur subiecto nõ esset hec figura quarta: sed eẽt figura prima siue super quesituȝ suuȝ: siue super conuersum illius: supponamus autẽ hic ꝙ hec figura quarta imaginetur ƒm hunc moduȝ scilicet in comparatione ad quesituȝ determinatuȝ: cuius subiectum sit subiectuȝ per naturã: ⁊ predicatuȝ predicatũ per naturaȝ: quoniaȝ non imaginatur figura quarta nisi ƒm hunc moduȝ. Cuȝ ergo querimus inuẽtionẽ alicuius rei in aliquo: ⁊ accipiemus terminũ mediuȝ ⁊ predicemus eũ semel de predicato quesiti ⁊ semel de ipso predicauerimus subiectũ quesiti: sequit̃ quidem ex hoc vt sit hͤ aliqđ vnũ ⁊ ideȝ sicut predicatũ de seipso.ł. valet ista cõsequẽtia: medius termin⁹ predicatur de predicato q̃siti ⁊ subicit̃ subiecto q̃siti ergo idem concludet̃ de seipso: qđ ẽ in fine abhominationis: nam sicut non q̃rit̃ idem de seipso: ita nec cõcludi dȝ idem de seipso per syllogismũ: qꝛ ex parte qua predicat̃ de predicato q̃siti ⁊ subicit̃ subiecto ipsi⁹ venit sicut predicatũ de seipso: ergo idem erit subiectũ ⁊ non subiectũ: predicatũ ⁊ nõ predicatũ: superius ⁊ inferius: predicat̃ naqȝ mediuȝ d̃ predicato quesiti

ergo

ergo ꝛ de quocunqz de quo predicaꝭ predicatū quesiti ergo de subiecto quesiti ergo de seipso: cū mediū subiciatur subiecto quesiti. Unde si quesitū. a. est. g. ꝛ dicamus ꝙ qꝛ omne. b. ē. a. ꝛ omne. g. ē. b. si naturaliter concludi possit ꝙ aliquod. a. sit. g. tunc. b. qḋ ꝑm naturam predicatur de predicato quesiti ꝛ subicitur subiecto: poterit etiaꝫ de seipso naturaliter predicari: ergo medium respectu sui subicitur ꝛ predicabitur.

Tertium documentū sit tale. Et hec ē causa in hoc ꝙ non componit ipsum scilicet syllogismū sicut ordinaꝭ cogitatio ꝑ naturaꝫ super quesitū determinatū. i. licet hoc quesituꝫ esset determinatū ꝛ naturale: aliquod. a. est. g. tamen cōponere syllogismū taliter vt mediū prediceꝭ de predicato quesiti: subiciatur autem subiecto est ordinare syllogismū non ꝑm ordineꝫ naturaleꝫ ad tale quesitū: ꝛ subiūgit donec sit hic syllogismus concludēs quesitū determinatū per cōuersionē sicut videꝭ Galenus in figura quarta: idest nūquā est via naturalis ad concludendū aliquid per mediū sic dispositū: vt si formeꝭ iste syllogism⁹: omnis homo ē risibilis: omne risibile est animal: ꝑm naturaꝫ quidem cōcluditur ergo ols hō est aīal nō naturaliter aūt cōcludiꝭ tur ista: aliquod animal est homo: ꝛ prefata propositio posset ꝑm naturam ita cōcludi: omne risibile est homo: aliquod animal est risibile ergo aliquod animal est homo. Pariter si sit quesitū: an aliquod animal nō sit equus: nō erit syllogismus naturalis dicere: omnis homo est animal: nullus equus est homo ergo aliquod animal nō est equus: sed sic concludi poterit nullus homo est equ⁹: aliquod animal ē homo ergo aliquod animal nō est equ⁹: ꝛ propterea putauit Galen⁹ syllogismos quarte figure perfici posse per varias ꝯuersiones: sed inquit Auerrois ꝛ differentia inter hanc cōuersionē ꝛ conuersionem quā facit Aristoteles in reductōe multoꝝ modoꝝ figure secūde ꝛ tertie ad primaꝫ est: quoniaꝫ illa cōuersio ē ad ostendendū cōclusiōeꝫ syllogismorū naturaliū ꝛ hec cōuersio est ad ostendendū cōclusiōem in syllogismo artificiali nō naturali: idest syllogismi secūde ꝛ tertie figure naturales sunt ꝛ prefecti non euidētes beneficio cōuersionis reddunꝭ euidētes: at syllogismi quarte figure artificiales existunt q naturales constituūtur conuersione ꝛ premissaꝝ transpositione: ꝛ non cōuertit se qdem Aristoteles ad syllogismos artificiales: quia ipsi sunt sculpentes ꝛ non consimiles inuento ꝛ non sunt variantes inuēto eē quasi sint infiniti: ꝛ propter hoc putant qdaꝫ ꝙ inueniunꭍ cōclusiones multe in vnaquaqꝫ figura preter quas rememoraꭍ Aristoteles: ꝛ he pticulares ipsarum aut conuerse ipsarū ponūtur quesite: deinde cōcludūtur mediante conclusione prima: ꝛ istud cōcludere est per viam nō naturalem sed artificialem: syllogismus nāqꝫ naturalis ita se habet ad artificialeꝫ: veluti res naturalis ad artificialem: pħs naturalis non facit mentionem nisi de principijs rerum naturalium: ꝛ logicus quoqꝫ in presenti libro nō de artificialibus sed de naturalib⁹ tantū syllogismis ꝑsequtur: hec sunt q̄ Aristoteles ꝛ Auerrois ꝺ absolutis syllogismis edocuerūt.

Digressio.

Ut ea que de syllogismis absolutis approbata sunt memorie facili⁹ retineanꭍ nexꝫ quibusdam propositionib⁹ reassumanꭍ q̄ dicta sunt. Prima propositio sit talis. Tantū sunt tres figure quib⁹ quesitū determinatū naturaliter concludimus: vnde cū in quesito ꝛ conclusione sint duo termini: subiect⁹ scilicet ꝛ predicatus: nō pōt quis fieri cert⁹ alterū de altero enūciari per alterū: ergo preter ipsos cōclusionis terminos opus ē inuenire terminū mediuꝫ: quo mediante perducamur ad cognitionē cōclusionis: potest aūt medi⁹ termin⁹ subici predicato quesiti ꝛ predicari ꝺ subiecto eiusdē: ꝛ sic ē prima figura: aut predicat⁹ de vtroqꝫ ꝛ habeꭍ secūda: aut vtriqꝫ subiect⁹ ꝛ consurgit tertia figura: in his figuris subiectuꝫ conclusionis ē minor extremitas: predicatū maior: medius terminus ē qui bis ante cōclusiōem accipitur: illa ē maior propositio ī qua inuenitur predicatū cōclusionis: siue primo loco proferaꭍ: siue secundo loco: illa vocatur minor in qua minus existit extremū. In prīa figura conclusio concluditur necessario ꝛ euidenter: in qua quidem mediuꝫ naturalissimam habet dispositionem: situꝫ seruans mediuꝫ: cuꝫ extremo maiori subiciatur: ꝛ de minori predicetur: est nāqꝫ positiōe mediuꝫ ꝛ intra extremitates conclusuꝫ: ꝛ ab vtraqꝫ equidistans: secunda ꝛ tertia figura sunt naturales: ꝑ q̄s quideꝫ naturaliter iudicamus: in secunda medium ē positione primuꝫ: cui maior est proximior: minor distantior. In tertia mediuꝫ est positione vltimū: cui vicinius iacet minor extremitas: remoti⁹ maior: ꝛ sunt prefate figure naturales: nō obstante ꝙ per ipsas nō cōcludatur cōclusio euidenter: quia ad naturalitateꝫ figure satis est ꝙ conclusio ita concludatur ꝙ ipsa nihil prius per naturaꝫ possit concludi. Quarta figura ideo erat innaturalis: quia medius terminus predicabatur de predicato quesiti ꝛ subiciebatur subiecto eiusdeꝫ: sed hoc est in naturale: naturale autem est ꝙ maior extremitas predicetur de medio: ꝛ medi⁹ terminus de minori extremitate. Unde apud Galenuꝫ in quarta figura maior extremitas predicabatur ꝺ minori in conclusione: ꝛ erant quattuor modi sic nominati. Barali: dibatis: fepasmo: frefisomorum: ꝛ formatis istis syllogismis: aliquod animal est homo: nullus hō est equus: ergo aliquod animal non ē equus. Item: aliquod animal est homo: nullus equus ē hō: ergo aliquod animal non est equus. Itē: aliquis homo est animal: nullus hō est equus: ergo aliquod animal nō est equus: si in his particularis propositio sit maior ꝓpositio ꝛ maioreꝫ contineat extremitateꝫ: cōcluditur minor extremitas de maiori extremitate: ꝑ viam artificialeꝫ non naturaleꝫ: ꝛ sunt isti syllogismi frisesomorū in qualibet figura: illi itaqꝫ modi q apḋ latinos concludunt indirecte in prima figura constituunt figuram quartaꝫ Galeni: at ille premisse q̄ censentur maiores apud latinos sunt minores apḋ Galenuꝫ: ꝛ econtra que apud latinos sunt minores sunt maiores apud Galenū: in isto. n. syllogismo: omnis equus est animal: nullus homo est equus: ergo aliquod animal nō est homo: apud latinos predicatur minor extremitas: subicitur maior extremitas: ꝛ vniuersalis affirmatio est maior: vniuersalis negatio minor: ꝛ nominatur fapesmo: prefatus syllogismus dicetur fepasmo: si vniuersalis negatio sit maior: vniuersalis affirmatio minor: ꝛ predicabitur in ꝯclusiōe maior extremitas ꝺ minori extremitate: ꝛ erit syllogismus quarte figure: cum medius terminus subiciatur minori extremitati: ꝛ prediceꭍ ꝺ maiori extremitate. Item iste syllogismus: aliquis homo est ani

mal: nullus equ⁹ est homo: ergo aliquod animal nõ est equus: si est in prima figura concludit minor extremitas de maiori: ⁊ vocatur frisesomorum: efficit syllogismus quarte figure si vlis negatiua sit maior ⁊ particularis minor: quo quidem ꝯcludit maior extremitas de minori: ⁊ dr̃ fresisomorum: ⁊ ita baralipton efficitur barali: ⁊ dabitis dibatis: ꝯstat ergo his que sunt figure nãles que artificiales.

Secunda propõ est ista. Cõmune est omnibus figuris vt ex puris particularibus nõ conficiatur combinatio vtilis: quoniam si sic: ex vero colligeretur falsum: proponendo hunc syllogismum: animal currit: homo est animal ergo homo currit: que casu posito est falsa existentibus premissis veris: cum enim omnis syllogismus affirmatiuus sit regulabilis per dici de omni ⁊ negatiuus per dici de nullo: ex particularibus syllogistice nihil cõcludi poterit: denotatur enim per dictum de omni ꝙ quicquid dicitur de subiecto distributo: dicitur de quolibet ꝯtento sub ipso: ⁊ per dictum de nullo: significatur ꝙ quicquid remouetur ab aliquo subiecto distributo: remouetur a quolibet cõtento sub illo. Veruz ab expositoribus secludũtur ab hac propositione isti syllogismi: aliquod animal est sortes: aliquis homo est sortes: ergo aliquis homo est animal sortes est animal: sortes est risibilis: ergo risibile est animal: cum medius terminus sit terminus singularis singulariter tentus: ⁊ sunt syllogismi expositorij qui nõ regulantur per dici de omni ⁊ dici de nullo: sine ergo propositione vniuersali nõ fit syllogism⁹: quando termini existunt cõmunes. Item: equus est animal: homo est idez animal ergo homo est equ⁹: additur eniz medio in minori propositione relatiuuz idẽtitatis substantie. Item: homo est animal: equ⁹ nõ est homo: ergo equus animal nõ est: equ⁹ est aial hõ est omne animal: ergo homo est equ⁹: ex particularib⁹ ergo nõ fit syllogism⁹ exceptis syllogismis factis. Vel dicendum est: ꝙ ex particularibus nihil syllogistice sequitur: idest ex propositiõibus in qb⁹ nõ inuenit aliqs termin⁹ distributus nihil colligit syllogistice.

Tertia propositio sit talis. Ex puris negatiuis nõ colligitur cõclusio ratione forme: ⁊ ratio est: quia propter separationez duorũ extremoruz ab aliquo tertio nõ infertur vnio vel separatio eoruz inter se: vt propter separationẽ hominis ⁊ animalis a lapide non deducitur separatio hois ⁊ aialis abinuicẽ: a recẽtiorib⁹ tres casus excipiũtur. Prim⁹ est: qñ mediũ variat penes finitũ ⁊ infinituz: vñ colligit ista illatio: nullũ nõ risibile est hõ: nullus equ⁹ est risibilis ergo nullus equ⁹ est hõ. Secũdus ẽ qñ ambe premisse sunt de cõtingẽti vero: veluti cuz dr̃: oẽm hoiem cõtingit nõ esse sanũ: aliqd albũ contingit nõ esse hoiem: ergo aliqd albũ cõtingit nõ eẽ sanũ. Tertius est: qñ vna ꝑmissa est de cõtingẽti vo ⁊ alia negatiua d̃ necessario: vz. n. oẽm hoiez necesse est nõ esse equũ: aliqd albũ cõtingit nõ esse hoiez ꝗ aliqd albũ ꝯtingit nõ esse equuz: si dz nãqz regulari syllogism⁹ ꝑ dictũ de oĩ: opus est vt vtraqz premissa sit affirmatiua: si ꝑ dictũ de nullo: alterã opz esse negatiuã: alterã affirmatiuã: nã ꝑ dictuz de nullo declaratur ꝙ qcqd remouet ab aliquo subiecto distributo remouet a quolibet contento sub illo.

Quarta ꝓpõ sit talis. Cõclusio nascit particularis: altera ꝑmissaꝝ existẽte particulari: ⁊ negatiua si altera premissa fuerit negatiua: ⁊ ratio est: quia propter vnionem duarum extremitatum cum medio in premissis infertur vnio extremitatuz inter se in conclusiõe: quãdo autem vna premissarum ẽ vniuersalis ⁊ alia particularis: licet vnum extremũ cum medio coniungatur vlr: aliud tamen vnit particulariter: ⁊ propterea nõ potest inferri vniuersaliter vnio ipsarum extremitatũ inter se. Item quãdo vna premissaruz est negatiua: licet vna extremitas vniat cuz medio in premissa affirmatiua: alia tamẽ separat ab ipso in negatiua: quapropter in conclusione non vnient extremitates adinuicẽ sed sepabunt.

Quinta ꝓpositio sit talis. Suppositio generalis: ampliatio ⁊ restrictio seruari debent in syllogismo: nõ. n. a minus amplo tendimus in magis amplum: neqz a suppositione simplici ad formalem: ⁊ econuerso colligit illatio: neqz in premissis poni debet synchathegorema formalẽ impediens cõsequentiaz: nõ enim sequitur omnis hõ est albus. Sortes ẽ per se homo: ergo sortes ẽ per se alb⁹: omnis hõ ẽ ens per se: hõ albus ẽ hõ: ergo hõ albus ẽ ens per se: omnis hõ ẽ per se animal. Album est hõ: ergo album ẽ per se animal: omnis ignis ẽ per se calefactiuus. Siccum ẽ ignis: ergo siccũ est per se calefactiuum: omnis edificator per se edificat: musicus ẽ edificator: ergo musicus per se edificat. Preterea isti syllogismi nihil concludũt: nulluz rationale ẽ per se animal: omnis hõ per se ẽ ratiõalis: ergo nullus hõ per se ẽ animal. Quidã hõ ẽ per se rationalis: omnis hõ ẽ per se animal: ergo quoddã animal est per se rationale: omnis homo per se ẽ animal: omne rationale est per se hõ: ergo omne rationale ẽ per se animal: forma ergo syllogistica non seruatur in terminis sic modificatis. Nõ dz quoqz mutari abstractum in concretum: aut econtra: cuz non sequatur: nulla sanitas est egritudo: omnẽ hominez contingit eẽ sanuz ergo nullũ hoiez ꝯtingit eẽ egrũ.

Sexta ꝓpositio sit talis. In prima figura op⁹ ẽ vt maior sit vniuersalis: ⁊ minor affirmatiua. In secũda maior semper ẽ vniuersalis: ⁊ altera premissarũ negatiua: pariter ⁊ conclusio. In tertia figura minor ẽ affirmatiua: ⁊ conclusio ẽ semper particularis: habet prima figura quattuor modos naturales. Secũda totidẽ. Tertia vero habet sex modos: nõ facio mentionẽ de artificialibus: habet autem tertia figura plures modos ꝗ secunda: ⁊ prima qr paucիores ꝯditiones requiruntur in tertia ꝗ in ceteris: maior. n. põt esse vniuersalis ⁊ particularis: particularis quidẽ propterea ꝙ medio termino existẽte subiecto in vtraqz premissarũ ⁊ conclusione ẽt particulari: sufficit ipsum cuz quauis extremitatũ particulariter sumi: dũmodo altera sit vniuersalis: quãdocunqz autem in aliquo pauciores differẽtie ꝯueniũt: tũc illud vniuersali⁹ ẽ ꝗ aliud qd plures ꝯgregat: ⁊ sic in figura tertia plures modi reperiũtur. Minor quoqz semper ẽ affirmatiua in tertia figura: tũ quia oritur figura tertia a prima ꝑ ꝯuersionẽ minoris: tũ quia mediũ hz rõnez partis respectu extremitatũ: qd si minor eẽt negatiua posset ꝯtingere extremitates eẽ disperatas: ⁊ ꝓpterea nõ ꝯcludi affirmatiue: ⁊ rursus cõtingere veluti superius ⁊ inferius ⁊ sic nõ cõcludi negatiue. Concludit etiam semꝑ particulariter in tertia figura: qr minor extremitas põt esse maioris ambitus ꝗ maior extremitas: ⁊ ideo nõ põt de minori vniuersaliter predicari: nec ex ratione medij ipso subiecto existente

existēte pōt vniuersale cōcludi quāuis pmisse ambe sint vles respectu medij: nō.n. vlla extremitas respectu alterius hꝫ vt vna de tota altera necessario predicetur: nec plus pñt ambe premisse vles in quātitate conclusionis efficere q̄ꝫ vlis ⁊ particularis sꝫ forte solū in euidētia cōclusionis est diuersitas: ⁊ propterea aliquādo ppositio vlis assumit in figura tertia: quāuis idē sequat sūpta particlari: vnaqueqꝫ. n. figura hꝫ pmissas pprias qbus determinatā cōclusionē cōcludit: que semp non pōt per figuram aliam cōcludi cū iam mediū est determinatū ⁊ ipsum quesitū: verbi causa: possumus in tertia respectu huiꝰ conclusionis: an aliquod corpus sit denuo factum: cuꝫ hoc medio: qđ est celū: sic arguendo: celū non est denuo factum: omne celū est corpus: ergo aliquod corpus non est de nouo constitutum. In alijs autem modis quāuis possit concludi quesituꝫ in prima figura: forte tamē premisse sunt euidentiores si sumant in tertia: licet euidentia cōclusionis concluse magis appareat in figura prima: ⁊ hoc ostendit necessitatē pluriū figurarū. Neqꝫ icōuenit ex figura tertia modos esse ex vli minori: qui nō fiūt ex modis in pria figura cōcludētibꝰ: neqꝫ.n. fieri pñt ex particularibꝰ: cuꝫ pticularis ppositio nō conuertatur in vlem: neqꝫ ex vlibus qꝛ affirmatiua vlis nō cōuertit in vlem: nisi terminos habeat cōuertibiles: opus est igitur quod generationē ppriam vnaqueqꝫ figurarū quodāmodo habeat: ⁊ modos proprios in quibꝰ premisse vere absolute ex se ⁊ sine vlla cōuersiōe terminoꝝ accipiant: non ob aliā ergo cāꝫ dicunt ex prima fieri: qꝛ facta conuersione alterius premissarū in prima figura fit forma figure secūde vel tertie: ⁊ qꝛ figura facta si sit syllogistica apparet talis per reductionē ad figuram primam: his sex propositiōibus quid de figuris ⁊ earum proprietatibus tenēdum sit satis superqꝫ satis explicatum est.

Septima propositio: syllogismi ꝯstituti ex ppōnibꝰ pteriti aut futuri tēpoꝝ his tenēt pceptis: si subiectū maioris in pria figura sumat p his q̄ sunt minor dꝫ eē de pñti: si p his que fuerūt vel erūt minor dꝫ eē eiusdē copule: si ꝯpliatiue capiat: ⁊ i miori dꝫ exprimi illa ꝯpliatio: ⁊ ita obseruet in oibꝰ figuris sꝫ exigētiā illaꝝ: At si obliquꝰ casus cuiuscūqꝫ fuerit tēpis pcedit rectū: minor sumi dꝫ in recto: si rectꝰ antecedat obliquū dꝫ ꝯgregatū ex recto ⁊ obliquo poni ex eadē parte: ⁊ in negatiuis nō icōuenit pmissas esse in obliquo ⁊ cōclusionē in recto: verbi causa: nullius hois equus currit: omne hinnibile est ois equus ergo nullū hinnibile currit: hec de digressione.

Caput sextum.



Voniā aūt diuersum. Snia huius capitis quod inscribitur de syllogismis de necessario in tribꝰ figuris: tota stat in hoc: syllogismus de iesse ⁊ syllogysmus de necessario inesse: ⁊ de ꝯtingere inesse inter se varij sunt atqꝫ differentes. Ex propositionibus de necessario forme ꝯstituunt syllogismi: veluti ex ppōnibus absolutis cōponebant: ⁊ dixit fere: qꝛ q̄rtus scdē ⁊ quintꝰ tertie nō cōsimiliter pbantur. Series autem verboꝝ Aristotelis talis est: qm̄ aūt diuersuꝫ est pdicatum inesse subiecto ⁊ ex necessitate inesse: ⁊ cōtingere inesse: nam qdem insunt multa predicata subiectis nō tñ de necessitate: alia vero neqꝫ insunt ex necessitate: neqꝫ insunt oio: cōtingit aūt inesse: ⁊ sunt pdicata que nō insunt sed pñt inesse: manifestuꝫ igit est q syllogismus vniuscuiusqꝫ hoꝝ alter erit: ⁊ non similiter ⁊ vniformiter se habebunt termini.i. ppositiones: sed hic qdem ex necessarijs: ille vero ex his que simplr insunt: ille aūt ex contingentibꝰ: ergo in necessarijs ppositionibus qdem vere similiter se hꝫ: quo ad factionē syllogismoꝝ. Silr.n. positis terminis ⁊ in his que insunt ⁊ non insunt: ⁊ in his que ex necessitate insunt vel nō insunt ⁊ erit quo ad vtiles cōiugationes ⁊ nō erit quo ad incollectiles syllogismus: verū hoc vno erit differens: q hic adijcit terminis ex necessitate inesse vel nō inesse. Consimilitudo aūt inter syllogismos de inesse ⁊ syllogismos d necessario est: nam vlis negatiua de necessario similiter cōuertit vt vlis negatiua. Dici etiaꝫ de omni ⁊ dici de nullo ppornōabiliter in his reperiunt: ergo in alijs figuris a pria eodeꝫ modo demonstrāduꝫ est per cōuersionē cōclusioneꝫ ipsam ex necessitate puenire in his que necessario insunt vl nō insunt: pinde atqꝫ in illis de inesse monstratū est: at quartus secūde ⁊ qntus tertie nō silr his ⁊ ibi ostendunt: sed vti debemus expositōe designationeqꝫ alicuius cui alicui nō inest vtrūqꝫ scilꝫ extremuꝫ ex necessitate: erit eniꝫ syllogismus necessarius in hoc: ⁊ si de exposito designatoqꝫ necessarius est: erit ⁊ de illo aliquo atqꝫ particulari qui concludebat necessarius: nam quod designatū est: ipsuꝫ illud aliquid est: ⁊ sit vterqꝫ qui ex aliquo designato sumit syllogismus in propria figura. Sensus ē: formet iste syllogismus: oē.b. necessario est.a. aliqđ.c. necessario nō est.a. ergo aliqđ.c. necessario non est.b. capiatur aliquid ipsius.c. vt.d. cui qdem alicui sumpto ⁊.a. ⁊.b. necessario nō insit: ⁊ ordinabit syllogismus in secūdo secunde talis: oē b. necessario est.a. omne.d. necessario non est.a. ergo omne.d. necessario nō est.b. ⁊ cum.d. sit aliquod.c. ergo aliqđ.c. necessario nō est.b. Syllogismi in terminis notis sint isti: ois homo necessario est aial: aliquod album necessario non est animal: ergo aliquod album necessario non est homo: sub albo sumatur nix: ⁊ dicat: ois homo necessario est aial: ois nix necessario nō est aial: ergo ois nix necessario nō est hōı ⁊ idem dicat de syllogismo quinto tertie figure.

Auerrois primo dicit: sunt res multe inuēte in actu preter qđ sit inuentio earuꝫ necessaria: ⁊ ille sunt absolute: ⁊ res que nō necessarie neqꝫ sunt iuēte in actu sꝫ sunt possibiles vt inueniant in futuro ⁊ vt nō inueniant ⁊ ipe sūt possibiles ⁊ res que sunt iuēte semp ⁊ ipse sunt necessarie. Sensus est: triplex est propositio: absoluta: necessaria ⁊ possibilis: absoluta constat ex terminis inuētis possibilibus: necessaria ex terminis necessarijs: propositio possibilis neqꝫ est absoluta neqꝫ necessaria: ⁊ propterea inuenitur syllogismus ex absolutis: ex possibilibus: ex necessarijs.

Item ait: ⁊ syllogismi quideꝫ qui cōponuntur ex ppositionibꝰ necessarijs sunt propinq syllogismis cōpositis ex ppositionibꝰ absolutis: qđ est: qꝛ res cōditionate in cōclusione in absolutis.i. vt cōcludunt per syllogismū sunt eedeꝫ cōditionate in cōclusione ex necessarijs.i. cōditiones reqsite ad hoc

vt sequat conclusio in absolutis sunt etiam requisite ad hoc vt deducatur in necessarijs: ⁊ res que sunt cā priuatōis cōclusionū.i.ne cōcludatur quicq̄ in nō concludentibus sunt eedem causa priuationis talis cōclusionū in necessarijs: cum non sit differentia inter ambos scilicet syllogismos de absolutis ⁊ de necessarijs nisi additio necessitatis tantum: ⁊ propter hoc sunt modi concludentes in absolutis ⁊ nō cōcludentes ſm numerū cōcludentiū ⁊ nō cōcludentiū in necessarijs.i.tot sunt modi cōcludentes in absolutis: quot in necessarijs.

Iterum ait: intentio dicti de omni in ambabus quidem est: quod sit aut dictum cum affirmatione aut cum negatione de omni eo qd̄ est in actu ⁊ equaliter siue sit illud quod est in actu inuentum cum additione conditionis necessitatis: aut preter additionem illius: sed conditio quidem dicti de omni in materia possibili diuersatur a conditione dicti d̄ omni facta in his duabus materijs. Sensus est: idest in absolutis significatur esse in actu: ⁊ in necessarijs similiter: nam necessarium est quod semper est in actu: in propositionibus autem possibilib⁹ denotatur esse in potentia: ideo dictū de omni ⁊ dictū de nullo tribus presatis materijs non equali attribuuntur ratione.

Rursus inquit: sed quod ostenditur p deductionem ad cōtrariū: cum est ppositio vniuersalis affirmatiua ⁊ pticularis negatiua nō est in eis res eadem: qd̄ est: qr syllogismus qui ducit ad impossibile est cōpositus ex vna ppositionū syllogismi ⁊ cōtradictoria cōclusionis in mō ⁊ negatione erit igitur syllogismus pmixtus ex ppositione necessaria ⁊ cōtingēte: sed non est adhuc ostensus modus cōcludendi qui sequit ex hac cōpositione: verū qd̄ ostendit per impossibile ibi: hic ostendit p positiōēs. Sensus est: nihil vetaret quartū secūde ⁊ quintū tertie ex puris de necessario reduci p impossibile ad primā figurā: vbi monstrate essent combinationes ex altera necessaria ⁊ altera possibili: facilis igit fuit modus reducendi predictos syllogismos ad primā figuram expositione: qua mulier ratiocinationes perfici possunt: ⁊ si expositū ipsum cōmune sit: vniuersalr sumi poterit: ⁊ propterea nō est syllogismus expositorius cuius mediū sit terminus singularis: nam aliquādo est terminus vlis: sed dicitur syllogismus expositorius qui ex exposito sit termino: siue terminus expositus sit minus extremum: siue sit medium: siue cōmunis termin⁹ existat: siue singularis. In summa ergo syllogismi cōstituti ex puris de necessario ⁊ puris absolutis eisdē principijs ⁊ instrumētis componunt ⁊ perficiunt: verū quartus secūde ⁊ quint⁹ tertie ex necessarijs expositione cōmodissime pficiunt: quoꝝ hec sint exempla: ois homo ex necessitate est animal. Quoddā album necessario non est animal: ergo quoddā album necessario nō est homo: iste est syllogismus in quarto secūde: syllogismus sumptus ſm expositionē talis existat: ois homo necessario est animal: ois nix necessario nō ē aial: ergo ois nix necessario nō est homo. Syllogismus in qnto tertie sit talis: quoddā albū necessario nō est aial: oē album necessario est coloratū ergo quoddā coloratū necessario nō est aial: at syllogismus acceptus ſm expositionē sic ordinet: ois nix necessario non est aial: ois nix necessario est colorata: ergo quoddā coloratū necessario nō est animal.

Digressio.

Caput presens clarissime nonnullis notandis intelliget. In primis aduertendū est: Latini arbitrantur inesse simplr ⁊ inesse ex necessitate se hēre ſm superius ⁊ inferius: similiter inesse de contingenti ⁊ inesse simplr: ⁊ volūt Aristotelem tractare de propositione in qua est iste modus necessario ⁊ de ea in qua reperit modus cōtingēs non curando vtrū sint vere vel false: ⁊ ppterea nō descēdit Aristoteles ad aliquā mām spālem: apud quos syllogismi modales ⁊ syllogismi de inesse eiusdē existūt speciei: cū participēt eodē mō ⁊ figura: regulētur q3 eisdē principijs ⁊ pficiant eisdem instrumētis: ⁊ propter maiorē similitudinē inter syllogismos de necessario inuentē ⁊ syllogismos de inesse: q̄3 inter syllogismos de inesse ⁊ syllogismos de cōtingenti: prius determinat de necessario q̄3 de cōtingēti: quāuis cōtingens sit maioris cōitatis q̄3 necessariū. At Auerrois opinat mēbra presate diuisiōis nō se hēre ſ3 superius ⁊ inferius quinimo existimat illa opponi ad seinuicem: fuit.n.illa diuisio ſm nām rerū: ⁊ dūtaxat ppositiōib⁹ necessarijs modis necessitatis nālr iungendus est: ppositionib⁹ nō necessarijs copulat violenter ⁊ extra nām: ob hoc tn̄ nō descendit Aristo. ad aliquā mām in speciali: qr syllogismi ex his formati neq3 demōstratiui existūt: neq3 dyalectici: in plus.n. se h3 ppositio necessaria q̄3 ppositio demōstratiua: ⁊ ppositio ꝯtingēs q̄3 ppositio dyalectica.

Iterum obseruandū est. Latini his pcedunt cōclusiōib⁹. Prima ē: ex ꝓmissis de necessario cōpositis in oī figura concludunt conclusiones cōposite: virtute hui⁹ regule: si ꝓmisse sūt necessarie ⁊ cōclusio. Scd̄a ē: ex ꝓmissis diuisis d̄ necessario in qualibet figura pōt seq cōclusio d̄ necessario vn̄ in prīa figura syllogismi formati cōcludūt: si conclusio sit directa: nō aūt si sit indirecta: nō.n.valet: q̄libet psona diuina de necessitate est deus. Creans d̄ necessitate est psona diuina ergo deus de necessitate est creās. Item ex ꝓmissis diuisis nō deducit cōclusio cōposita. At Auerrois multas ppositiōes facit absolutas nō necessarias quas tamē latini necessarias esse opinant: veluti sunt iste: oē ambulans mouetur oē grāmaticū est homo: omne creans est deus: iccirco sumptis ppositiōibus necessarijs ſm Auerroim vel diuisis vel cōpositis semp infert conclusio necessaria in qualibet figura.

Amplius vult Albert⁹ quartū secūde ⁊ qntū tertie ex puris de necessario pfici posse p syllogismū ad īpossibile: ⁊ fiet mixtio cōtingentis ⁊ necessarij: in qua qdē mixtione pōt ppositio de cōtingēti eē de cōtingēti p possibili: p cōtingenti vero: ⁊ p contingenti necessario: si maior sit de necessario ⁊ minor de cōtingēti vero: sequit conclusio de cōtingenti p possibili: ⁊ p hanc mixtionē non pficit quartus secūde. nā illa ppositio de cōtingenti que cōuertit cū opposito cōclusiōis est de cōtingenti accepto p possibili: eodē aūt modo debet sumi cōtingens in syllogismo pbante ⁊ in syllogismo pbato. si minor sit de cōtingēti cōi: illa cōbinatio ē inutilis: si sit de cōtingēti necessario: cōbinatio est vtilis ⁊ pficit quart⁹ scd̄e p īpossibile: silr qnt⁹ tertie pfici d3 p deductionē ad īpossibile: bn̄ficio talis mixtiōis: cōtīgēns scil3 ⁊ necessarij: veꝝ qd sit sentiēdū circa hāc mixtionē īferi⁹ dicet: satis ē nūc ītellexisse quartum

scd̄e

secūde ꝛ q̄ntū tertie ex puris de necessario posse pſici p impossibile: vñ formatis istis duob⁹ syllogismis ois hō de necessitate est aial: aliqd̄ albū de necessitate non est animal: ergo aliquod album de necessitate non est homo. Item: quoddam album de necessitate non est animal: omne album necessario est coloratū: ergo quoddā coloratū necessario non est animal: proficiant hoc modo: omnis homo de necessitate est animal: contingit omne album esse hominem ergo contingit omne album esse animal. Item: contingit omne coloratum esse animal: omne album necessario est coloratum ergo contingit omne album esse animal.

Caput septimum.



Ecidit aūt q̄n̄qꝫ.

Snia huius capitis qd̄ inscribit de mixtis ex vna necessaria ꝛ altera absoluta in pria figura tota ꝯsistit in hoc: maiore necessaria ꝛ minore absoluta seq̄t ꝯclusio necessaria: at mioꝛe necessaria ꝛ maioꝛe absoluta nō colligitur ꝯclusio necessaria: nō enim valet: oē.b.est.a.oē.c.ex necessitate est.b.ergo omne.c.ex necessitate est.a.nam si talis ꝯclusio sequatur: eueniet etiaꝫ ꝛ alicui.b.ex necessitate inesse a.ꝛ per primā ꝛ per tertiam figuram: quod nō oportet: nam stat vt tale.b.sit: vt nulli ex necessitate insit a.syllogismus prime figure sic formetur: omne.c.ex necessitate est.a.aliquod.b.ex necessitate est.c.ergo aliquod.b.ex necessitate est.a.ꝯuertebat eiꝫ minor primi syllogismi particulariter: syllogismus tertie figure est talis: oē.c.necessario est.a.oē.c.necessario ē b.ergo aliquod.b.necessario est.a. Iteꝫ: cognoscitur conclusionē non effici necessariam maioꝛe absoluta ꝛ minoꝛe necessaria: hoc syllogismo: omne animal mouetur: omnis homo de necessitate est animal: nō ꝯcludit: ergo omnis homo necessario mouet: ꝛ quēadmodū in modis vl̄ibus: ita ꝛ in particularib⁹ pcedendum est

Auerrois dicit: cuius demōstratio est: quia g.est pars ex.b.cum sit ex deductione.i.ex proprietate prie figure vt sit minor semper affirmatiua: ꝛ ex conditione huius mixtionis vt sit.g.pars ex.b.in actu: ꝛ cum predicatur aliquid de omni ꝛ predicatur quidem necessario: predicatur de partibus cum modo quo predicatur de toto: ꝛ hoc est manifestum per se: quoniam pars continetur in toto ꝛ intrat sub eo.

Item ait: nisi quia termini dant ꝙ non est conclusio necessaria semper: non ꝙ non ꝯcludat necessariam penitus: sicut dat syllogismus ꝯtrarij: ꝛ intentio dicti de omni. Sensus est: quia ex parte dicti de omni ꝛ ex parte ꝯtrarij ꝛ ex parte materierum ostenditur conclusionem non effici necessariam: maioꝛe absoluta ꝛ minoꝛe necessaria: proptererea consideranda est differentia inter tales rationes nam termini idest ratio ex parte materierum dat ꝙ non est conclusio necessaria semper: at ratio sumpta ex parte contrarij ꝛ ex parte dicti de omni conuincunt vniuersaliter virtute premissarum sic dispositarum non concludi conclusionem necessariam.

Caput octauum.



N secūda autē figura.

Sentētia huius capitis qd̄ inscribit de mixtis ex vna necessaria ꝛ altera absoluta in scd̄a figura tota stat i hoc. Uniuersali negatiua necessaria ꝛ vniuersali affirmatiua absoluta seu particulari conclusio nascit necessaria: at si vl̄is affirmatiua vel particularis fuerit necessaria ꝛ vl̄is negatiua absoluta vel particularis nō erit conclusio necessaria. Sunt isti syllogismi ꝯcludentes: nullū.b.ex necessitate ē a.omne.c.est.a.ergo nullum.c.ex necessitate est.b. Iteꝫ oē.b.est.a.nulluꝫ.c.necessario est.a.ergo nullū c.ex necessitate ē.b.ꝯuersione.n.perficiunt isti duo syllogismi vl̄es. Itē nulluꝫ.b.ex necessitate est.a.aliqd̄.c.est.a.ergo aliqd̄.c.necessario nō est.b.perficit sic iste syllogismus ꝯuersione. Syllogismi vero nō colligētes ꝯclusioneꝫ necessariā sunt: si vl̄is affirmatiua fuerit necessaria: ꝛ negatiua absoluta: nō.n.vꝫ: oē.b.necessario est.a.nulluꝫ.c.est.a.ergo nullum.c.necessario est.b. Preterea cū nihil ꝓhibeat.a.huiusmodi accipere cui omni ꝯtingat.c.inesse: nō valebit hec illatio: oē.b.necessario est.a.nulluꝫ.c.est.a.ergo nulluꝫ.c.necessario ē.b.accidet.n.aliqd̄.a.ex necessitate nō esse.c.naꝫ si sit vera hec ꝯclusio: nulluꝫ.c.necessario est.b.ergo ꝛ ista: nulluꝫ.b.de necessitate ē.c. sed oē.b.necessario est.a.ꝛ aliqd̄.a.necessario est.b. infert: ergo aliqd̄.a.necessario nō est.c. Syllogism⁹ in terminis notis est talis: ois hō necessario est aial: nulluꝫ albū est aial: deducit ꝯclusio absoluta nō necessaria. Utitur aūt Aristoteles pn̄ti lectione nō ꝯtingit inesse: loco huius: necessariū est nō inesse: eadeꝫ eniꝫ sunt: ꝛ eque possunt. Similiter non colligit iste syllogismus: omne vigilans est homo: aliqd̄ animal necessario nō est homo: ergo aliquod animal ex necessitate non vigilat.

Caput nonum.

I N posterioꝛa aūt figura.

Sententia huius capitis qd̄ dicit de mixtis ex vna necessaria ꝛ altera absoluta in tertia figura: ꝯsistit in hoc: ꝑmissis existentibus vl̄ib⁹ affirmatiuis quecūqꝫ fuerit necessaria ꝯclusio erit necessaria: negatiua vl̄i necessaria vl̄i affirmatiua absoluta: nascit ꝯclusio necessaria: at si affirmatiua sit necessaria: ꝯclusio nō erit necessaria. Iteꝫ vl̄i affirmatiua necessaria: pticulari absoluta: ꝯclusio ē necessaria: at pticulari necessaria: ꝯclusio nō efficit necessaria. Rursus vl̄i negatiua necessaria: pticulari absoluta: oritur ꝯclusio necessaria: at affirmatiua necessaria aut vl̄i aut pticulari: ꝛ particulari negatiua absoluta aut vl̄i nō infert ꝯclusio necessaria: his itaqꝫ ꝯstat ꝙ ꝯclusio absoluta exigit ꝑmissas absolutas: nō ꝑmissaꝫ: ꝯclo necessaria reqrit vl̄ vnā vl̄ ambas ꝑmissas necessarias: ꝛ ppterea semp altera ꝑmissarū similis ē ꝯclusioni. Cōtra: ex maiori de necessario ꝛ minore de ꝯtingēti puenit ꝯclusio de pōssibili s̄m latinos: ꝗ nō est silis alicui ꝑmissarum: dicit ꝙ nōduꝫ tractauit

illam mixtionez:vel satis est ꝙ li possibile sequatur ad li necesse.

Auerrois dicit: Et in figura qdē tertia modus cōclusionis sequit semp modū ꝓpōnis que nō ɔuertit: qm̄ illa ꝓpositio in potentia est maior in figura pria. Jamqȝ ostensuz fuit ꝙ modus ɔclusionis in figura pria seqtur ꝓpōnem maiorē:⁊ hoc ē ɔtriuz eius qd accidit in figura scda: qr modus cōclusionis in figura scda sequit modum ꝓpositōis que cōuertit: cū sit cōuersa in hac figura secunda in potentia maior in pria figura. Sensus est: illa ꝓpositio que cōuertitur in tertia fiagura ē minor in prima. In scda figura ꝑmissa que cōuertit est maior in prima figura.

Digressio Auerrois.

Et aristoteles. Digressio hec tēdit ad hꝫ vt declaret ɔclōnes effici necessariā i pria figura: maiore existēte necessaria ⁊ minore absoluta: absolutā: maiore absoluta: ⁊ miore necessaria: ⁊ hoc ostēdit Aristoteles ex re ipsa: qr videt ꝙ modus ɔclusionis sequit moduz ꝓpōnis maioris.s.qr si est ꝓpositio maior absoluta: est cōclusio absoluta: ⁊ si ē necessaria: ē ɔclō necessaria. Sȝ Theophrastus ⁊ Eudemus Rhodius ex antiqs peripateticis: ⁊ Themistius ex nouis ipsoꝝ ⁊ q sequunt eos vident ꝙ modus ɔclusionis seqt debiliorē.s.viliorē modoꝝ.s.ꝙ inuenit semp in hac ɔpositiōe seq ꝓpōnem absolutā: qr inuētio absolute ē vilior inuentiōe necessarie. Sensus ē: qr cōclusio semp comitat viliorem partē deteriorēqȝ ꝑmissaꝝ: ꝓpterea arbitrati sūt nosatí expositores cōclusionē semp effici absolutaz: altera ꝑmissaꝝ existēte necessaria: ⁊ altera absoluta: quecūqȝ fuerit necessaria: siue maior: siue minor.

modum propositionis minoris: sed cōtinet genꝰ tm̄
⁊ est affirmatio tantū.i.opus ē vt mior ī pria figura

sit affirmatiua: at pōt esse affirmatiua ⁊ comprehensa
sub maiori: ⁊ tunc efficitur syllogismus perfectus re
gulatus per dici de omni aut nullo: ⁊ dicitur ꝯclusio
colligi per cām vniuersalitatis: ⁊ potest esse minor
affirmatiua tm̄: non comprehēsa sub maiore ꝑposi
tione: ⁊ tunc efficit syllogism⁹ imperfectus: nō regu
latus per dici de omni aut nullo: ⁊ vocatur cōclusio
per causam cōtinuationis: dicit autem minor depē
dere a maiori propositiōe: quādo minor extremitas
sumitur ſm modū quo supponit medius terminus
in maiore propositiōe: his stantibus propono duas
propositiōes prima est: modus cōclusionis deducte
per cām vl̄itatis insequitur semper modus maioris
propositionis: vnde maiore necessaria ⁊ minore ab
soluta: conclusio est necessaria: maiore absoluta ⁊ mi
nore necessaria cōclusio est absoluta: maiore possibi
li: minore absoluta aut necessaria: cōclusio est possibi
lis: minor absoluta dicit dependere a maiore neces
saria: mīor necessaria a maiore absoluta: qr valet ista
cōsequentia: istud est subiectū propositionis necessa
rie aut absolute ergo predicatū verificat de his que
actu sunt sub illo subiecto: minor absoluta ⁊ necessa
ria dependet a possibili: quia colligit ista sequella:
istud est subiectū propositiōis possibilis ergo predi
catum verificatur de omni eo quod est sub subiecto
actu: ⁊ sub subiecto potentia: cōstat ergo q̄ in syllo
gismis mixtis perfectis regulatis per dici de omni
aut nullo semper conclusio comitatur modum pro
positionis maioris: siue maior propositio sit pfectior
minore: siue vilior.

Secunda propositio sit talis: modus con
clusionis deducte p cām ꝯtinua
tionis nō insequit modū maioris ꝑpositōis: ⁊ sepe
neq̄ maioris neq̄ minoris: vñ in ꝯtinuatōe pfecta:
que est cū sunt due ꝑpositiōes affirmatiue: si maior
sit absoluta ⁊ minor possibilis: ꝯclusio est possibilis:
nō absoluta: nō necessaria: naz si.a. p̄dicat de toto.b.
absolute: ⁊.b.ō toto.c.possibiliter: p̄dicabit.a.de to
to.c.possibiliter: nō absolute: non ex necessitate: qñ
eniz maior est possibilis ⁊ minor absoluta: maior ex
tremitas predicat de minori extremo in cōclusione:
eo mō quo predicat de toto in maiore: qñ aūt maior
est absoluta ⁊ minor possibilis: predicat mai⁹ extre
muz de minori in cōclusione eo mō quo medius ter
minus predicat de minori extremitate in minore ꝑ
positione. Similiter si maior sit necessaria affirmati
ua: ⁊ minor possibilis affirmatiua: efficit ꝯclusio pos
sibilis: in syllogismis ergo impfectis ſm cōtinuatio
nem pfectaz.i.affirmatiuis cōclusio insequtur debilio
rem p̄missam. Sed syllogismi negatiui in qbus cōti
nuatio est ipfecta qr maior ꝑpō est negatiua ⁊ nega
tiua est remotio ꝯdictionis: si maior sit negatiua ab
soluta ⁊ minor possibilis: cōclusio aliquādo est possi
bilis vera negatiua: ⁊ aliquando necessaria negati
ua: ⁊ ita cōcludit modus cōclusionis qui non est ex
modis premissarū acceptarū in ipso syllogismo: ne
gatiua absoluta etiam sequebatur sed ex vniuersali
tate: inducte autē fuerunt cōclusiones que inferebā
tur per viam continuationis. At si maior sit negati
ua necessaria: ⁊ minor affirmatiua possibilis: aliquā
do cōcluditur cōclusio negatiua absoluta: ⁊ aliquan
do negatiua possibilis ſm ꝯtinuatiōez impfectā: ne
cessaria negatiua ꝯcludit p viā cōtinuatōis: in suā q̄
vel est mixtio in qua inuenit semp intentio vl̄itatis:
vel nō inuenitur in ea semp: si sic: modus ꝯclusionis
sequitur modū maioris propositionis: si nō inuenia
tur semper intentio vniuersalitatis: sed ꝯtinuatio: si
sit perfecta: modus ꝯclusionis sequit moduz magis
diminutū duaꝝ premissaꝝ: si sit impfecta: tūc modus
ꝯclusionis aliquādo sequit modū magis diminutuz
duaꝝ premissaꝝ: aliquando modus ꝯclusionis nō ē
ꝯueniens alicui duoꝝ modoꝝ duaꝝ ꝑpositionū syl
logismi: hec de digressione.

¶ Caput decimūtertiū.



Quando autē hec.

Sententia huius capitis qō inti
tulatur de syllogismis mixtis ex
vna de cōtingenti ⁊ vna de neces
sario in prima figura stat in hoc.
Maiore possibili ⁊ minore neces
saria: ꝯclusio reddit possibilis: nō
absoluta. Maiore affirmatiua necessaria ⁊ miore pos
sibili: efficitur cōclusio possibilis. Maiore negatiua
necessaria ⁊ minore possibili: cōclusio reddit negati
ua possibilis ⁊ negatiua absoluta. Dicit aūt Aristote
les: quando aūt priuatiuus fuerit ō necessario.i.qñ
maior fuerit negatiua necessaria ⁊ altera cōtingens:
conclusio erit ⁊ contingentis non inesse.i.negatiua
possibilis ⁊ pariter nō inesse.i.negatiua absoluta: si
ue minores sint vniuersales siue nō vniuersales: ac
cipiendum est aūt cōtingens nō inesse vt tantum vo
let quātū nō necesse esse: si quidē eius qō est ex neces
sitate nō inesse minime erit syllogismus: sed hui⁹ qō
est nō ex necessitate inesse: siue contingere nō inesse:
aliud.n.est nō ex necessitate inesse: aliud ex necessita
te nō inesse. Est ergo iste syllogismus imperfect⁹ nō
regulatus p dici de oi: omne.b.ex necessitate est.a.
oē.c.ꝯtingit esse.b.ergo oē.c.ꝯtingit esse.a. pficitur
aūt syllogismus sumendo oppositū ꝯclusionis cū mi
nori posita inesse inferendo oppositū maioris: h̄ pa
cto. Necesse est aliquod.c.non esse.a.oē.c.ē.b.ergo
necesse ē aliquod.b.nō esse.a.vel ergo aliquod.b.ñ
est.a. Ex opposito quoq̄ ꝯclusionis cū maiori dedu
citur oppositū minoris: oē.b.ex necessitate ē.a.neces
se est aliquod.c.nō esse.a.ergo necesse ē aliquod.c.ñ
esse.b. At iste syllogismus pfectus existit regulat⁹ p
dici de omni: ꝯtingit omne.b.esse.a.oē.c.ex necessi
tate est.b.ergo omne.c.ꝯtingit esse.a.⁊ non ꝯcludit
ꝯclusio absoluta: hec scilicet: oē.c.est.a.

Item aūt: iste syllogismus ē impfectus nō regu
latus p dici ō nullo: nullū.b.ex necessita
te est.a.oē.c.ꝯtingit esse.b.ergo nulluz.c.est.a.qō si
ita nō fuerit: ponatur aut oi.i.contrariū aut alicui.i.
contradictoriū: ⁊ formatur iste syllogismus: nullum
a.ex necessitate est.b.aliquod.c.ē.a.ergo aliquod.c.
ex necessitate non ē.b.tamen supponebatur omni.c.
contingere inesse.b.id aūt impossibile: vt oē.c.ꝯtin
gat esse.b.⁊ aliquod.c.necesse sit nō esse.b.ergo ista
cōclusio colligebat: nullū.c.est.a.imediate: ergo me
diate ista: contingit nullū.c.esse.a.nā contingere nō
inesse comitatur eā que est nō inesse: ⁊ contingere eē
eam que est inesse: si.n.c.est.a.cōtingit.c.eē.a.si.c.ñ
est.a.c.contingit nō eē.a.capiēdo ꝯtingens pro pos
sibili. At iste syllogismus existit regulatus per dici ō
nullo: nullū.b.contingit esse.a.omne.c.ex necessita
te est.b.ergo nullū.c.contingit esse.a.⁊ non ꝯcludit
ergo nullum.c.est.a.nam ⁊ propositio sic sumpta est
que est

que est ad maiorem extremitatē: quando autem syllogismus regulatur per dici de omni aut nullo: modus conclusionis sequitur modum maioris propositōis. Ex istā verba: ⁊ ad impossibile non est ducere. nam si ponatur. a. inesse vlli. c. positū autem est ⁊. a. nulli b. contingere inesse: nihil accidit per hoc impossibile: exponit Albertus dicens: ⁊ istum syllogismū nō contingit ducere ad impossibile: si accipiatur conclusio de inesse: illa enim est hec: nullum. c. est. a. cuius opposita est hec: aliquod. c. est. a. in ea enim ponitur a. nonnulli. c. inesse: positum est autem in maiori ꝓpositione ꝙ a contingit nulli. b. inesse: ex his autem duabus simul iunctis nihil sequitur impossibile qđ destruat minorē ⁊ sic ad impossibile non est ducere: vnde si ponatur ꝙ ista concludatur: nullū. c. est. a. ergo ex opposito conclusionis cū ea de contingēti: contingit ad impossibile ducere: at his suppositis non contingit ad impossibile ducere. nā sumpto alicui. c. inesse. a. quia conuertitur aliquod. a. erit. c. cui adiūgatur: nullū. b. contingit esse. a. nullo pacto fit syllogismus ergo non accidit aliquod impossibile.

Iterum ait: Si minor propositio fuerit negatiua contingens ⁊ maior necessaria: conuersa minori in oppositū qualitatē erit syllogismus: at minore negatiua de necessario ⁊ ambabus negatiuis supposito ꝙ minor sit negatiua de necessario nihil colligitur: ⁊ sicut in vlibus syllogismis dictū est ī ꝑticularibus quoqꝫ res ita se hēbit: nā iste syllogismus valet: nullū. b. ex necessitate est. a. contingit aliquod. c. esse. b. ergo aliquod. c. non est. a. nā ex opposito conclusionis cū conuersa maioris infertur oppositum minoris: formādo hūc syllogismū: nullū. a. necessario ē. b. oē. c. est. a. ergo nulluz. c. ex necessitate ē b. sed positum erat: aliquod. c. contingit esse. b. ergo colligitur conclusio eius quod est non iesse. At si affirmatiua particularis fuerit necessaria ⁊ maior contingens: nō erit conclusio absoluta. Silr si vlis affirmatiua fuerit necessaria ⁊ minor possibilis non erit syllogismus eius quod est inesse. Itē si minor sit vlis ⁊ maior particularis necessaria nullus fit syllogismus: similiter ⁊ si maior sit particularis contingens: nihil prorsus colligitur: constat ergo ꝙ propositiones absolute ⁊ necessarie miscentur cuz possibili eodē modo: preter ꝙ maiore absoluta negatiua ⁊ minore possibili efficitur conclusio possibilis: sed priuatiua necessaria maiore ⁊ minore de contingenti ⁊ priuatiua possibilis ⁊ negatiua absoluta sequebatur: perspicuum tamen est huiusmodi syllogismos omnes quorū maiores sunt aut absolute aut necessarie ⁊ minores possibiles esse imperfectos.

Auerrois dicit: ⁊ nō dicitur ꝙ hic fit syllogismus cōcludēs negatiuā necessariam: qr illud est ꝑticulare: ⁊ cū inueniatur in quadam mā syllogismus cōcludēs negatiuā necessariā: qr preter negatiuā necessariā cōcluditur vtr alia cōclusio: quēadmodū nō dicitur ꝙ hic est syllogismus concludens affirmatiuā necessariā: quādo illud etiam ē particulare in quadā materia sicut est dispositio in concludēdo in secūda figura affirmatiuā: ⁊ hoc ē ꝙ paulopost iquit: si maior sit necessaria negatiua: ⁊ minor possibilis erit quidē syllogismus cōcludens imperfectus ⁊ cōcludit duas cōclusiōes: quaruz vna est negatiua absoluta: ⁊ alia negatiua possibilis: ⁊ nō dr ꝙ cōcludat negatiuā necessariā: cum illud quidē sit possibile: cum est extremitas minor intrās in potētia sub medio ⁊ illud nō verificatur nisi in quadam mā sub medio: dictuz. n. de omni in ꝓpōne necessaria est ꝙ a. sit predicatū de omni eo qđ est. b. in actu: nō in potentia. Dictū de nullo ꝙ ꝓdicatū remoueatur ab omni eo qđ est. b. in actu nō in potētia: sz in quadam materia predicatuz ꝓpōnis necessarie ꝓdicetur de omni eo qđ est sub subiecto actu ⁊ potētia. Silr ⁊ remoueatur ab omni qđ est sub medio actu ⁊ potentia.

Caput decimūquartū.



N secūda autē figura. Sententia huius capitis qđ inscribitur de syllogismis ex puris de cōtingenti in scđa figura stat in hoc. Ex puris cōtingentibus nullus fit syllogismus. Existēte affirmatiua absoluta aut necessaria ⁊ negatiua cōtingenti: nihil cōcluditur: sed negatiua de inesse aut necessaria ⁊ affirmatiua de cōtingenti aliqđ colligitur: verū cuz efficietur cōclusio cōtingēs: accipiēduz est cōtingens qđ cōe ē necessario ⁊ nō necessario: vnde cū in scđa figura oporteat esse alteram premissaꝝ pure negatiuā: ⁊ negatiue de ꝯtingēti nō sint vere negatiue: sed negatiue absolute ⁊ negatiue necessarie sint pure negatiue: ꝓpterea ex puris ꝯtingentibus in scđa figura nihil cōcluditur: neqꝫ affirmatiua existēte absoluta aut necessaria fiet syllogismus.

Item intendens Aristoteles ostēdere syllogismuz scđe figure ex puris cōtingentibus ꝑfici nō posse p cōuersionē: neqꝫ p ꝺductionē ad impossibile: demōstrat vlem priuatiuā de cōtingēti nō cōuerti in terminis: si. n. valeret ista cōsequētia: contingit nulluz. b. esse. a. ergo ꝯtingit nulluz. a. esse. b. vlis affirmatiua de cōtingēti in terminis ꝯuerteretur: hoc aūt falsuz est: nam nō opz si ꝓdicatū alicui subiecto omni ꝯtingat inesse: ⁊ subiectū illi ꝓdicato omni cōtingere inesse: deducatur aūt hec ꝯsequētia: vlis negatiua de cōtingēti cōuertitur in terminis ergo ⁊ vniuersalis affirmatiua: hoc pacto: cōtingit omne. b. eē a. ergo cōtingit nulluz. b. esse. a. ergo p aduersariuz: cōtingit nulluz. a. esse. b. ergo cōtingit omne. a. eē. b. ergo de primo ad vltimū: cōtingit oē. b. esse. a. ergo cōtingit oē. a. esse. b. Itē nō valet ista cōsequētia: cōtingit nulluz hoiem esse albuz: ergo cōtingit nulluz albuz esse hoiem: quedam. n. alba necesse est nō esse hoiem: necessariuz aūt scilz nō esse: minime cōtingēter erat. Itē: nec ex impossibili ostēditur cōuerti. Et siquis ꝓbet hāc ꝯsequētiaz valere: cōtingit nullū. b. esse. a. ergo ꝯtingit nulluz. a. esse. b. nam si nō sequitur stabit cōtradictoriū ꝯsequētis cum antecedēte: ergo hec stabūt simul: cōtingit nulluz. b. esse. a. non cōtingit nulluz. a. esse. b. Sed cōtra: hec ꝓpositio: nō ꝯtingit nullum. a. esse. b. equiualet huic: ex necessitate aliqđ. a. est. b. ergo p ꝯuersionē: ex necessitate aliqđ. b. est. a. sz hec: ex necessitate aliqđ. b. est. a. nō pōt stare cuz hac: cōtingit nulluz. b. esse. a. ergo ꝯsequētia primo formata videtur esse ꝓbata p syllogismū ad impossibile. Soluit hāc vitiosaz ratiocinatiōez Aristoteles dicēs: nō. n. si. a. nō ꝯtingit nulli. b. necesse est alicui inesse: nam nō ꝯtingere nulli: dupliciter dicitur: vno mō id verū ē: si alicui ex necessitate inest: altero mō si ex necessitate nō inest alicui. i. ista ꝯsequētia nō colligit: nō ꝯtingit nulluz. a. esse. b. ergo ex necessitate ali

qđ.a.eſt.b.ſed bñ ſequit̄ nõ ꝯtingit nullū.a.eſſe.b. ergo ex neceſſitate aliquod.a.eſt.b.aut ex neceſſitate aliqđ.a.nõ eſt.b. Sed iſtam ſolutionẽ declarans dicit:nam qđ ex neceſſitate alicui.a. non ineſt.b. non eſt verum dicere : omni.a. contingit non ineſſe.b. quẽadmodū neqꝫ verũ eſt:qđ alicui.a.ex neceſſitate ineſt:omni.a.id ipſuꝫ ꝯtingere ineſſe.i. iſte cõſequẽtie non valent:ex neceſſitate aliqđ.a. eſt.b.ergo cõtingit oẽ.a.eſſe.b. Itẽ:ex neceſſitate aliqđ.a.nõ ẽ b.ğ cõtingit nullū.a.eſſe.b.ergo ſtabũt iſta ſimul:ex neceſſitate aliqđ.a.eſt.b.nõ ꝯtingit oẽ.a.eſſe.b. Itẽ ⁊ iſta:ex neceſſitate aliqđ.a.nõ eſt.b.nõ ꝯtingit nullum.a.eſſe.b. ergo ſi iſta ſit vera:neceſſe eſt aliqđ.a. eſſe.b.vera eſt ⁊ iſta:nõ ꝯtingit nullum.a.eſſe.b.pariter ⁊ ſi iſta ſit vera:neceſſe eſt aliqđ.a.nõ eſſe.b.erit ⁊ iſta vera:nõ ꝯtingit nullum.a.eſſe.b. ergo conſtat ꝙ iſta ꝓpoſitio:nõ contingit nullum.a. eſſe.b.habet duas cauſas veritatis. Si ergo aliquis probet ob id ipſum qđ nõ omni.d.cõtingit ineſſe.c.ex neceſſitate alicui.d.nõ ineſſe ipſum.c.falſum ſumet.i.non valet iſta ꝯſequẽtia:nõ ꝯtingit omne.d.eẽ.c. ergo neceſſe eſt aliqđ.d.nõ eſſe.c.nam omni forſitan ineſt.i.ſtaret ꝙ nõ ꝯtingat omne.d.eſſe.c.⁊ ꝙ omne.d. ex neceſſitate eſſet.c.ſed bene valet:ex neceſſitate aliqđ.b.eſt a.ergo nõ cõtingit omne.b.eſſe.a. ergo huic ꝓpoſitioni:cõtingit omne.b.eſſe.a.aduerſant̄ iſte due:neceſſe eſt aliqđ.b.eſſe.a.⁊ neceſſe eſt aliqđ.b.non eſſe a. Similiter ⁊ huic:cõtingit nullum.b.eſſe.a.vtraqꝫ predictaruꝫ opponitur. Palam ergo eſt quoniaꝫ ad hic cõtingens nulli vel omni ⁊ nõ cõtingens nulli vl' omni nõ ſolum ſequitur ex neceſſitate alicui ineſſe: ſed ⁊ etiam ex neceſſitate alicui nõ ineſſe.i. valet huiuſmodi ꝯſequẽtia:nõ cõtingit nullũ.b.eſſe.a. ergo ex neceſſitate aliquod.b.ẽ.a.aut ex neceſſitate aliqđ b.nõ eſt.a. hoc autẽ ſumpto.i. ſumpto cõſequente ſub diſiunctione:nihil accidit impoſſibile:quare nõ põt ꝓbari ꝙ vniuerſalis negatiua de cõtingenti cõuertatur in terminis ſyllogiſmo deducente ad impoſſibile: his ergo cõſtat vl'em priuatiuaꝫ de ꝯtingenti non poſſe ꝯuerti ſimplici cõuerſione. Tota ergo ſolutio ſtat in hoc:ſi ſit vna ꝓpoſitio que duo habeat cõtradictoria:negatio illius pro altero verificari dꝫ:cũ ergo iſta:ꝯtingit nulluꝫ.b.eſſe.a.duo habeat cõtradictoria: negatio illius pro altero verificari debet.

Amplius probat Ariſtoteles ex puris de contingẽti in ſecũda figura nihil colligi poſſe:nõ põt.n.iſte ſyllogiſmus:ꝯtingit nullum.b.eſſe.a.ꝯtingit oẽ.c.eſſe.a.ergo ꝯtingit nullũ c.eſſe.b.perfici per ꝯuerſionem:qꝛ vl'is negatiua de contingẽti non ꝯuertitur in eodeꝫ genere ꝯtingẽtis: ſed nec per impoſſibile poteſt ꝓbari vel perfici:nam poſita ꝯtraria ꝯcluſionis:que eſt:cõtingit oẽ.c.eẽ.b. cũ maiori:ꝯtingit nulluꝫ.b.eſſe.a.nihil accidit falſuꝫ ⁊ impoſſibile qđ aduerſet̄ minori ꝓpoſitioni:ꝯtingit eiꝫ oẽ.c.eſſe.a.⁊ ꝯtingit nullũ.c.eſſe.a. formet̄ ergo ſyllogiſmus in ſecũdo modo prime figure: cõtingit nulluꝫ.b.eſſe.a.ꝯtingit oẽ.c.eſſe.b.ergo ꝯtingit nullum.c.eſſe.a.ſed iſta ꝯcluſio non repugnat huic: contingit oẽ.c.eẽ.a. Sil'r autẽ inqt Albertus ſi accipiat̄ ꝯdictoria ꝯcluſionis cuꝫ minore non deſtruit̄ maior: ⁊ formetur talis ſyllogiſmus: ꝯtingit oẽ.c.eẽ.a.ex neceſſitate aliqđ.c.eſt.b.ergo ꝯtingit aliqđ.b.eſſe.a. at ſm grecos ſi ſumat̄ ꝯdictorium ꝯcluſionis cũ maiori:idẽ eſt iudiciũ:⁊ ẽ iſte ſyllogiſm⁹ ex maiore ꝯtingenti ꝓuatiua:⁊ miore ꝑticulari neceſſaria. Dio igit̄

ſi eſt ſyllogiſmus ex puris cõtingẽtib⁹:manifeſtũ eſt ꝙ cõcluſio erit cõtingẽs:manifeſtũ.n.eſt ꝙ cõcluſio nõ eſt de ineſſe:qñqdẽ neutra ꝓmiſſarũ ſumpta ſit ꝺ ineſſe:oportet aũt cõcluſionẽ ſimilẽ eſſe alteri ꝓmiſſarũ:cõcluſio ergo vel erit cõtingẽs affirmatiua:vel ꝯtigẽs priuatiua:ſꝫ neutra colligi põt:vt pꝫ hoc exẽplo:ꝯtingit nullũ hoiem eẽ albũ:cõtingit oẽm equũ eẽ albũ:nõ ꝯcludit̄:ergo ꝯtingit oẽꝫ equũ eẽ hoieꝫ: neqꝫ ꝯtigit nullũ equũ eſſe hoiem. Palã itaqꝫ eſt ꝙ vtriſqꝫ ꝓpoſitiõibus cõtingẽtibus ſumptis nullus ſit ſecunde figure ſyllogiſmus.

Auerrois dicit iſtas eſſe cõtrarias: ⁊ ſimul veras:oẽ.g.poſſibile eſt vt nõ ſit aliqd ex.a.oẽ.g.poſſibile eſt vt ſit.a. Propterea vt oppoſitiões ꝓpoſitionũ poſſibiliũ ⁊ neceſſariaꝝ diſtincte intelligantur:obſeruandũ eſt:iſte due ꝓpoſitiões cõtingit oẽ.b.eẽ.a.cõtingit nullũ.b.eẽ.a. mutuo ſe ſequunt̄:⁊ ſunt cõtrarie:quibus iſte ſunt ſubalterne cõtingit aliquod.b.eſſe.a.contingit aliquod.b.non eſſe.a.que ⁊ ipſe mutuo ſe ſequuntur: ⁊ inter ſe ſũt ſubcõtrarie: huic:ꝯtingit oẽ.b.eſſe.a.cõtradicit iſta nõ cõtingit oẽ.b.eſſe.a.que valet iſtã:cõtingit aliqđ b.non eſſe.a.⁊ huic:cõtingit nullũ.b.eſſe.a.hec contradicit:nõ cõtingit nullũ.b.eſſe.a.que valet iſtã:cõtingit aliquod.b.eſſe.a.his duab⁹: cõtingit oẽ.b.eẽ a.cõtingit nullũ.b.eſſe.a.vtraqꝫ iſtarum repugnat: neceſſe eſt aliquod.b.eſſe.a.neceſſe eſt aliqđ.b.nõ eẽ a.⁊ iſtis: cõtingit aliquod.b.eſſe.a.cõtingit aliquod b.nõ eſſe.a.vtraqꝫ iſtarũ repugnat:neceſſe eſt oẽ.b. eſſe.a.neceſſe eſt oẽ.b.nõ eſſe.a.vñ poſſumus formare octo ꝓpõnes de cõtingẽti ⁊ totidẽ de ly neceſſe: ⁊ ſunt tales ꝺ cõtingẽti:oẽ.b.ꝯtingit eſſe.a.oẽ.b.cõtingit nõ eſſe.a. Nullũ.b.cõtingit eſſe.a.nullũ.b.cõtingit non eſſe.a. Aliquod.b.contingit eſſe.a. Aliqđ b.cõtingit nõ eẽ.a. Non oẽ.b.contingit eſſe.a. Non oẽ.b.cõtingit nõ eſſe.a. Propõnes de ly neceſſe tales exiſtãt:oẽ.b.neceſſe ẽ eſſe.a.oẽ.b.neceſſe eſt nõ eſſe.a. Nullũ.b.neceſſe eſt eẽ.a.nullũ.b.neceſſe ẽ nõ eẽ.a. Aliqđ.b.neceſſe eſt eẽ.a. Aliqđ.b.neceſſe ẽ nõ eẽ.a. Nõ oẽ.b.neceſſe eſt eẽ.a. Non oẽ.b.neceſſe ẽ non eſſe.a.

Caput decimũgntum.

Si autem altera.

Sñia huius capitis qđ inſcribitur de ſyllogiſmis mixtis ex vna abſoluta ⁊ altera cõtigẽti ĩ ſcđa figura ꝯſiſtit in hoc:qñ altera ꝓmiſſaruꝫ fuerit de ineſſe:⁊ altera cõtingẽs:⁊ ea ꝙ de ineſſe ſit affirmatiua ⁊ negatiua ſit cõtingens nũquã erit ſyllogiſmus. At qñ vl'is affirmatiua fuerit ꝯtingẽs:⁊ vl'is negatiua de ineſſe erit ſcđe figure ſyllogiſmus. In primis colligit iſta illatio: nullũ b.eſt.a.cõtingit oẽ.c.eſſe.a.ergo ꝯtingit nullũ. c.eẽ b.ꝑ cõuerſionẽ.n.maioris efficit̄ ſyllogiſmus prime figure:ſil'r eſt iſte ſyllogiſmus vtilis:ꝯtingit nullum b.eẽ.a.nullũ.c.eſt.a.ergo ꝯtingit nullũ.c.eẽ.b.nã ꝑ cõuerſionẽ minoris ⁊ ꝓmiſſaꝝ tranſpoſitionẽ ⁊ ꝑ cõuerſionẽ ꝯclõnis que ẽ ꝺ ꝯtigẽti cõi efficiet̄ ſyllogiſmus prie figure. Eodẽ mõ ſyllogizãdũ ẽ in ꝑticularibus veluti ĩ vl'ib⁹:ita ꝙ ſi illa de ineſſe ſit affirmatiua nõ erit ſyllogiſmus. At ſi ãbe ꝓmiſſe ſint idefinite aut

te aut pticulares nullo pacto ɔstituit syllogismus. Auer. aliqua nõ indiget explanatõe: sed latini docẽt ꝙ ppositio de inesse simplr intelligit tribus modis: pri͏o mõ ẽ vna ppositio de inesse simplr ex pte vtriusꝙ extremi: veluti sunt ppões primi modi ⁊ scdi: alia qua est de inesse simplr ex pte subiecti tm̃: p3 dicẽdo nix est alba: celũ est rotũdũ: aliqua ẽ de inesse simplr ex parte predicati tm̃: sicut est ista: aial est sanum: q2 predicatum determinat sibi subiectum: non subiectum predicatum.

¶ Caput decimũsextum.



Jã aũt hec quidẽ. Sn̄ia hui⁹ capitis qõ inscribit ð syllogismis mixtis ex vna necessaria ⁊ altera cõtingenti in secunda figura tota stat in hoc: vꝫ necessaria priuatiua: ⁊ cõtingenti vꝫ affirmatiua erit scdẽ figure syllogismus nõ mõ concludens ɔclusionẽ priuatiuã de ɔtingẽti: sꝫ ⁊ negatiuã de inesse. At affirmatiua existẽte necessaria nullus efficietur syllogismus: Uñ syllogismus iste validus ẽ: ex necessitate nullũ.b.est.a.cõtingit oẽ.c.eẽ.a.ergo cõtingit nullũ.c.eẽ.b.p cõuersionẽ maioris fit syllogismus p primã figurã. Ex pdictis quoꝙ pmissis concludit ⁊ ista conclusio: nullũ.c.est.b.qõ si ita nõ concluderet: ponat suũ cõtradictoriũ: aliqõ.c.est.b.posita est maior: ex necessitate nullũ.b.est.a.ergo colligitur: ex necessitate aliqõ.c.non est.a.⁊ hec destruit minorẽ syllogismi facti: ⁊ eodẽ mõ dicat de scdo mõ scdẽ figure. Albert⁹ vult hũc syllogismũ valere: cõtingit omne animal quiescere: ex necessitate nullum vigilans quiescit: ergo contingit nullũ vigilans eẽ animal: ⁊ minor est falsa: quia per vniuersalem negatiuam de necessario designatur predicatum remoueri a subiecto ⁊ ab his que sunt ⁊ que possunt eẽ sub subiecto.

Rursus vꝫ affirmatiua necessaria: vꝫ priuatiua ɔtingẽti: nullus oio fit secũde figure syllogismus: vnde ex his pmissis: cõtingit nullum.b.esse.a.ex necessitate omne.c.est.a. neꝙ colligitur conclusio contingens: neꝙ necessaria: neꝙ de inesse: vnde non valet: contingit nullũ hoiem eẽ album: ex necessitate omnis cignus est albus ergo cõtingit nullum cignum esse hominem: non concludit conclusio negatiua necessaria: neꝙ negatiua de inesse: vt patet hoc exemplo: contingit nullum animal moueri: ex necessitate omne vigilãs mouetur: tamẽ omne vigilans est animal: neꝙ ex tali combinatiõe sequitur conclusio oppositarum affirmationum ð cõtingenti: vocatur enim iste due: contingit omne.c. esse.b.contingit nullum.c.esse.b.affirmationes opposite de contingenti. Et est aduertẽdum ꝙ licet nõ sequatur ex tali dispositiõe conclusio de contingenti vero: inferri tamen potest conclusio de contingenti cõmuni ⁊ simpliciter: nam colligit ista illatio: ex necessitate omne.b.est.a.contingit nullum.c.esse.a.ergo contingit pro possibili nullum.c.esse.b.ex cõtradictorio enim conclusionis cum maiori deducitur aliquid quod aduersatur minori propositõi. Et quẽadmodum syllogismi vniuersales de necessario ⁊ cõtingenti fiunt ⁊ non fiunt: ita ⁊ reos in particularibus syllogismis se se habebit. Itẽ scribit Albertus ꝙ in scda figura in talib⁹ mixtiõib⁹: negatiua dꝫ eẽ absoluta ⁊ illa de necessario: origināt.n. hi modi a modo mixtõis imperfecto de inesse ⁊ cõtingẽtis: necessariꝫ ⁊ cõtingẽtis in pria figura q hꝫ maiorẽ vl'ẽꝫ negatiuã aut absolutaꝫ. A scdo mõ prime figure pfecto qui est qñ maior ẽ negatiua ɔtingens ⁊ minor aut absoluta aut necessaria nõ pñt descẽdere modi secũde figure: cũ vl'is negatiua de ɔtigẽti nõ ɔuertat in terminis.

¶ Caput decimũseptimũ.



In postrema aũt. Sententia huius capitis qõ inscribit de syllogismis ex ambab⁹ ppõnibus ɔtingentib⁹ in tertia figura stat in hoc. Utrisꝙ pmissis cõtingẽtib⁹ ⁊ altera tm̃ semp erit syllogismus. Itẽ: qñ altera ẽ cõtingens: altera absoluta cõclusio ẽ cõtingẽs ⁊ hoc qñ maior fuerit de inesse: ⁊ minor cõtingens. Item qñ altera est necessaria ⁊ affirmatiua nõ sequit cõclusio de inesse: neꝙ de necessario: sed de ɔtingenti: at si priuatiua sit necessaria erit syllogismus ⁊ eius qõ est cõtingere nõ inesse ⁊ eius qõ est non inesse: ⁊ est aīcẽdẽdũ: syllogismi q post suã reductiões fiũt pfecti ɔcludũt ɔtigẽs vez: q īpfecti: ɔtingẽs cõe ⁊ simplr. Uñ isti syllogismi sũt validi: ɔtigit oẽ.c.eẽ.a.ɔtigit oẽ.c.esse.b.ergo ɔtingit aliqõ.b.esse.a. Itẽ: ɔtingit nullum.c.esse.a.contingit omne.c.esse.b.ergo cõtingit aliqõ.b.nõ esse.a.⁊ forment syllogismi aliꝫ iuxta modos huius figure tertie. Albertus vult istam propositionem eẽ falsam: omne mouens cõtingit eẽ hominẽ: cuius significet ꝙ omne qõ cõtingit esse mouẽs contingat esse hominem.

¶ Caput decimũoctauũ.



Jã aũt hec quidẽ. Sententia huius capitis qõ inscribitur de syllogismis mixtis ex altera cõtingẽti ⁊ altera absoluta in tertia figura: stat in hoc: altera pmissa absoluta: ⁊ altera cõtingenti: conclusio efficit contingens. Unde valet: omne.c.est.a.contingit omne.c.esse.b.ergo contingit aliqõ.b.esse.a. Simlr ⁊ si maior fuerit cõtingens ⁊ minor absoluta: ⁊ idẽ est iudicium vbi altera pmissarũ fuerit negatiua vl'is. At si altera sit vl'is ⁊ altera pticularis alternatiꝫ: aut vtrisꝙ affirmatiue aut maiore negatiua ⁊ particulari affirmatiua minore cõclusio efficit contingens nõ absoluta. Si aũt maior fuerit particularis negatiua contingens: minor vl'is affirmatiua absoluta: cõclusio erit cõtingẽs ⁊ poterit per fici syllogismꝰ p impossibile: formet iste syllogismus: cõtingit aliqõ.c.non esse.a. omne.c.est.b.ergo ɔtingit aliqõ.b.non esse.a.ex cõtradictorio.n.cõclusionis cuꝫ minore inferẽ aliquid qõ aduersat maiori. Est obseruãdũ ꝙ due ɔditiões requirunt ad tertiã figurã. Prima ẽ ꝙ altera pmissarum sit vl'is. Scda ꝙ minor nõ sit negatiua de inesse aut necessaria. Scda figura exigit ꝙ maior sit vl'is ⁊ ꝙ illa de inesse aut necessaria nõ sit affirmatiua. Pri

mo figura exposcebat maiorē vlem: minorē nō negatiuam de inesse aut necessariam.

¶ Caput decimūnonū.

Si aūt hec quidē. Sententia huius capitis qd̄ inscribif de syllogismis mixtis ex altera necessaria & altera cōtingēti in tertia figura cōsistit in hoc: altera p̄missa necessaria & altera cōtingenti affirmatiuis: cōclusio efficif cōtingēs: at affirmatiua necessaria & negatiua cōtingēti: cōclusio est de cōtingere nō inesse. Si aūt fuerit vlis negatiua necessaria & ꝯtingens affirmatiua: ꝯclusio erit & ei⁹ qd̄ ē ꝯtingere nō inesse & eius qd̄ ē nō inesse: eius aūt qd̄ ē ex necessitate nō inesse nō erit syllogism⁹: neglexi aūt in his mixtionib⁹ accuratā determinationē: tū q: isti modi argumētandi nō sunt in vsu & parū vtiles existūt: tum q: in nr̄a digressione relictis sup̄fluis ea adducem⁹ que & memoria & attentione dignissima esse videbūtur.

Digressio.

Mens Auerrois circa vniformē & difformem gnātionē syllogismoꝝ nōnullis documētis operepretiū est vt iterū pro cōi oīuȝ vtilitate absoluaf: primū documentū sit tale: oīs ꝓpositio cathegorica vera aut necessaria ē: aut absoluta: aut possibilis: necessaria ē ex terminis necessarijs: dispō terminoꝝ necessarioꝝ ē ꝙ sit termin⁹ p se vnus .i. ꝓpōnes necessarie sunt ꝓpōnes primi modi & scdi: & requirunt ꝓpōnes simplr̄ necessarie extrema q̄ sint cōcreta tm̄ a supposito. Sunt iste simplr̄ necessarie: hō est aial. Albedo ē color. Propō inuēta seu absoluta: alia est tpalis: veluti ē ista: oē albū nūc est aial: alia ē non determinata tpe & ē illa cui⁹ p̄dicatū semp inest subiecto posito in actu: que tn̄ nō ē necessaria: neq; possibilis: vn̄ iste ꝓpōnes sunt absolute: currēs mouef: oē ambulans mouef: oē ambulans est aial: oē gramaticū est hō: sunt nāq; tales ꝓpōnes ꝯstitute ex subiectis potentib⁹ suppōere & pro subiecto & pro supposito. Propō possibil' q̄ respicit futurū alia ē equalr̄ alia plerūq;: alia vt in paucioꝛib⁹: ex rōne ergo terminoꝝ hȝ ꝓpō ꝙ ē absoluta: necessaria & possibilis.

Secundum documentū sit tale. Vlis negatiua absoluta & p̄ticularis affirmatiua in terminis ꝯuertunf: vlis affirmatiua in p̄ticularē affirmatiuam. Particularis negatiua nequaq̄ gr̄a forme cōuertif subiecta ꝓpōnum de v̄bo p̄terito aut futuri tpis si sunt cōcreta a supposito tm̄: supponūt p̄cise s̄m exigentiā v̄bi vel p̄ticipij: si sunt cōcreta a subiecto: pn̄t vtraq; accipi & pro denoiato & pro significato: itaq; cuiuslibet ꝓpōnis de verbo p̄terito vel futuro cui⁹ subiectū duo dicit: necessario dispositio significaf vl' vt p̄ns: in subiecto tn̄ preterito vel futuro: vel vt preterita & futura: & est necesse ꝙ si p̄dicatū accipiaf pro tpe p̄terito vel futuro: similiter talis dispositio accipiaf: vnde si ego dixero: albuȝ erit pontifex: si dispositio subiecti accipiaf vt futura in subiecto: cū etiā p̄dicatū accipiaf vt futurū: necesse est ꝙ pro eodem tpe futuro subiectū denoietur a dispositione in quo p̄dicatuȝ de illo p̄dicabif. Si vero subiectū nō significet duo vel p̄dicatuȝ: nō ē necesse ꝙ subiectū & p̄dicatū simul pro eodē tpe verificenf: vt patet dicendo: homo est mortu⁹. ¶ Insuper propositōes necessarie eodē p̄sus mō ꝯuertunf veluti: ꝓpōnes absolute. ¶ Ampli⁹ vlis affirmatiua possibilis & p̄ticularis affirmatiua in p̄ticularem vertunf affirmatiuā: saluata eadem possibilis acceptōe: semper .n. cōtingens ad vtrūlibet cōuertif in cōtingens ad vtrūlibet: aliqn̄ tn̄ cōtingētia determināte predicatū in ordine ad subiectū: vt in casu positū: aliqn̄ cōtingētia determināte habitudinē predican ad subiectū: p hitudinē cōtingentie ad subiectū: valent nāq; iste cōsequētie: cōtingit hoīem eē grāmaticū ergo & grāmaticū eē hoieȝ. Itē: cōtingit deū creare: ergo & creās eē deū. Itē: ꝯtingēter aliqd̄ aial ē hō: q: ꝯtingit aliqd fieri aial qd̄ pōt fieri hō: ergo cōtingit aliquem hoīem eē aial: q: qd̄ cōtingēter est existēs hō: cōtingenter etiā est existens animal. Uniuersalis negatiua cōtingens nō cōuertif: non eniȝ valet: cōtingit nullum hominē moueri: ergo cōtingit nullū motum esse hominem.

Tertium documentū sit tale. Dictū de omni qd̄ habitudinē iportat ad syllogismū: nō equali rōne ꝯsentit ꝓpōni absolute: necessarie & possibili: p ꝓpositionē absolutā & necessariam designatur p̄dicatū affirmari de subiecto & de his q̄ actu tm̄ cōprehendunf sub subiecto: p ꝓpositionem possibilē declaraf p̄dicatū enūciari de subiecto & de his que actu & potētia intelligunf sub subiecto: & propterea syllogismi oēs sunt p̄fecti regulati p dici d̄ oī aut nullo: quorū maiores sunt possibiles: minores vero quecūq; fuerint: silr̄ necessaria maiore & minore absoluta: maiore absoluta miore necessaria reddūtur syllogismi p̄fecti: at maiore absoluta aut necessaria: minore possibili syllogismi inueniūtur imp̄fecti nō regulati p dici de oī aut nullo: syllogismus ex maiore necessaria & miore inuēta talis formef: oē aial ex necessitate ē substātia: oē ābulās est aial ergo oē ambulās ex necessitate ē substātia. Itē & iste: ex necessitate ois hō est aial: oē grāmaticū est hō: ergo t dȝ .n. in tali mixtiōe mior eē inuēta p se: necessaria p accñs: verū q: inuēta hmōi p̄dēt a maiore necessaria q̄ten⁹ est necessaria: iccirco dicif collectā cōclusionē eē necessariā: lȝ & ipsa sit inuēta p se & necessaria p accidēs: syllogismus ex maiore absoluta & minore necessaria talis existit: oē aial ē nūc ābulans. Ex necessitate ois hō est aial: ergo ois hō ābulat: est .n. maior absoluta tpalis: que si cōuertaf: inuenif ꝓpō inuēta nō tpalis syllogism⁹ ex maiori absoluta affirmatiua: & minore possibili talis existit: oē currēs mouef: cōtingit oēm hoiem currere: ergo ꝯtingit oēȝ hoiem moueri. Alexander firmabat istū: oē grāmaticū deābulat: ꝯtigit oēȝ hoieȝ eē grāmaticū: ergo ꝯtigit oēȝ hoieȝ deābulare: silr̄ si maior fuerit necessaria affirmatiua & mior possibilis: colligif ꝯclusio possibilis: nō absoluta: nō necessaria: exēplū ē istō: ex necessitate ois hō ē aial: ꝯtigit oē ābulās eē hoieȝ: g̃ ꝯtigit oē ābulās eē aial: in syllogismis oīb⁹ p̄fectis regulatis p dici de oī aut nullo: maior extremitas eo mō p̄dicaf de miore extremitate in ꝯclōne: quo p̄dicaf de medio termio in maiori ꝓpōne: in syllogismis imp̄fectis affirmatiuis maior extremitas p̄dicaf de minori in conclusiōe eo mō quo medi⁹ termin⁹ p̄dicaf de minori extremo in minore ꝓpōe. At maiore absoluta negatiua & minore possibili colliḡ ꝯclō aliqn̄ negatiua necessaria: aliqñ negatiua possibilis s̄ȝ ꝯtinatiuōeȝ ip̄fectā: ꝯclō negatiua

gatiua absoluta nō īfert nisi ꝯm viā vlitatis: vbi cā: bā vz: nullū ābulās est coru⁹: ꝯtigit oēz hoiez āmbulare ergo ꝯtigit p necessario nullū hoiez eē coruū. Itē nullū ābulās est albū: ꝯtingit oēz hoiez ābulare ergo ꝯtigit p possibili nullū hoiez esse albū: ꝯcludit. n. in tali mixtiōe negatiua possibilis equoce. s. q̄ dr̄ ꝺ possibili ꝛ necessario. Insup maiore negatiua necessaria: minore possibili: colligit ꝯclusio negatiua absoluta: ꝛ aliqñ negatiua possibilis ꝯꝫ ꝯnnuatōez ipfectā: ꝯclusio necessaria īfert ꝯꝫ viā vlitatis: syllogismi sint isti: ex necessitate nullū itelligēs ē coru⁹: ꝯtigit oēm hoiez itelligē: ḡ nullus hō ē coru⁹: vel sit iste: ex necessitate nullus hō ē equ⁹: ꝯtigit oē ābulās eē hoiez ḡ nullū ābulās ē equ⁹. Itē: ex necessitate nullū albū ē nigrum: ꝯtigit oēz hoiez eē albū: ergo ꝯtigit nullū hominē eē nigrū: his tribus documētis ꝯstat qd senserit Auer. circa vniformē ꝛ difformē syllogismorꝫ generatiōez.

Albertus magn⁹ hic pcessit fundamentis. Primū sit tale: miore de necessario ꝛ minore de iesse simplr: seqt ꝯclo ꝺ necessario. Scdz sit tale: maiore ꝺ ꝯtigēti ꝛ miore de iesse seqt ꝯclo ꝺ ꝯtigēti vero: at maiore ꝺ iesse ꝛ mio: e ꝺ ꝯtingēti īfert ꝯclo de ꝯtingēti p possibili. Tertiū sit tale maiore de necessario affirmatiua ꝛ miore de ꝯtingēti deducit ꝯclusio possibilis: at si maior sit negatiua: ꝯclusio duplex nascit: negatiua possibilis ꝛ negatiua de iesse: maiore aūt ꝯtingēti ꝛ minore necessaria īfertur ꝯclusio de ꝯtingēti vo: hec sunt q̄ ꝺ syllogismorū generatiōe nobis declarāda pposuerā. Uerū cū nōdū fuerit certificatū ꝙ nō sit alia figura vel dispō terminorū ab istis trib⁹: opportunū ē vt Ari. icipiat sequēti lectiōe declare ꝙ syllogism⁹ nāus nō est nisi i his trib⁹ figuris. nā si iueniret figura quarta vt Galenus putauit: eēt diminutū dictū Aristotelis: qꝛ nō docuit in illa generatione syllogismorū.

Caput vigesimum.



Voniā igit̄ qui. Snīa hui⁹ capitis qꝺ iscribit ꝺ syllogismo ostēsiuo ꝛ syllogismo ex hypotesi tota stat i h: oīs syllogismus affirmatiu⁹: negatiu⁹: vlis: pticularis ostēsiu⁹ ꝛ ex hypotesi in aliq̄ triū figurarꝫ ꝯstituit: ḡ oīs syllogism⁹ fit i aliq̄ triū figurarꝫ. Series aūt vboꝝ Aristo. duob⁹ cōpleat documētis: primuz sit tale: ad syllogismos vles prie figure reducunt ceteri ꝛ prie ꝛ aliarꝫ figurarꝫ syllogismi: qb⁹ quoqꝫ pficiuntur: vniuersalis nāqꝫ ad particulares reduci possunt: non tamen perfici possunt vniuersales particularibus: necesse est ergo omnē demonstrationē ꝛ. i. syllogismū concludere aut affirmatiue aut negatiue: aut ostensiue aut ex hypotesi: eius autez quod est ex hypotesi pars est impossibile: naz sub syllogismo ex hypotesi comprehēdūtur syllogismus ad impossibile: syllogismus ad transumptuz: cum loco termini minus noti sumitur terminus magis notus syllogismus ꝯm qualitatem in subiectis: quādo enim aliquis transfert se ad aliaz conclusionē que habet similem veritatem conclusioni probande dicitur syllogismus ꝯm qualitatem in subiectio: talis translatio pōt fieri ad cōclusionē que est eadem cum principali cōclusione ꝯm qualitatē ꝛ ꝯm terminos: vt siqs intēdat pbare aliquā vlem ꝛ trāsferat se ad pticularē ex qua qdez deducat suā vlem: noiat syllogism⁹ ꝯꝫ i specionē pticularē: fit interdū trāslatio ad ppōnez que nō ꝯuenit: nec in qualitate quo ad ispectionē medij: nec in terminis: vt siqs velit pbare ꝙ nulluz aial est egrū: ꝛ oñdat ꝙ oē aial est sanū: ꝛ vlr vocat ille syllogismus quo aliqs se transfert ad pbanduz aliquā cōclusionē que cū principali hꝫ aliquā habitudinē localem virtute cuius pōt inferri ꝯclusio pricipalis syllogismus ꝯm qualitatem in subiectis. Syllogismi oēs ostensiui fiunt p pdictas figuras: ꝛ rō est: nam si. a. ꝺ b. ostendi debeat affirmatiue vel negatiue: necesse ē vt sumat aliqd de aliquo vel aliqd ab aliquo: nō declarat. n. ppō nisi p ppōnem: ꝫ nō sumet. a. de. b. nā id sumptū esset: qꝺ ab initio ppositū est: dicendo. n. a. est. b. ergo. a. est. b. est sumere id qꝺ est in pricipio: ꝛ peccatū erit in argumentatiōe tali: qꝛ idez p seipsuz nō pōt pbari: qꝛ sic idez esset notius ꝛ ignoti⁹ seipso qꝺ esse nō pōt: neqꝫ satisfacit vna pmissa tantuz: ita videlꝫ ꝙ sumat. a. de. c. c. aūt de nullo: quo ad primā figurā: nec aliud de ipso: quo ad tertiā figuraz: neqꝫ sub. a. alterū: quo ad secūdā: nullus etenim sic efficit syllogismus: ergo assumēda ē altera ppositio: cuz ex vna nihil syllogistice sequat: neqꝫ satisfaciūt quecūqꝫ due pmisse: qꝛ si sumat. a. de alio: aut aliud de. a. aut de. c. alterū syllogismū qdem esse nihil vetat: nō tñ ꝯcludet. b. esse. a. per ea que sumpta sunt: oportet nāqꝫ inuenire mediuz qꝺ aliquo mō se habeat subiciendo ꝛ pdicando respectu terminoꝝ cōclusionis: quo quidez medio pducamur ad cognitiōez ꝯclusionis: ꝛ pōt tale mediū ad terminos ꝯclōnis triplicez hr̄e habitudinē: aut. n. de subiecto ꝯclusiōis pdicat: ꝛ pdicato subicit: aut de vtroqꝫ pdicatur: aut vtriqꝫ subicit: ꝛ ꝯm talē medij ordinē nascit triplex figura: prima que pfecta est qua ꝯcludunt ꝯclusiones ꝛ necessario ꝛ euidēter: scda ꝛ tertia qb⁹ necessario deducunt ꝯclusiones: minime euidēter. Dicit Albert⁹ quāuis figura sit forma ꝯsequēs terminoꝝ dispōnē: nō tñ est ipsa dispositio: sed potius ipsa dispositio cā est efficiēs figure: pcessit aūt rō Aristotelis per cām finalē: cū finis syllogismi sit ostēdere aliqd ꝺ aliquo: vz aūt ista ꝯñtia: syllogismus ostēdit aliqd ꝺ aliquo: ergo necesse est vt habeat duas ppōnes copulantes vnuz medium ad duas extremitates.

Secundum documentū sit tale: oīs syllogismus p ipossibile fit in aliqua triū figurarꝫ: naz oēs qui p ipossibile pbāt: falsum qdez syllogizant ꝛ ostēdunt ex dato opposito cōclusionis cū altera pmissarꝫ: ꝛ id qꝺ ex pricipio erat ppositū. i. principale ppositū mōstrāt ex suppositiōe cōditionequꝫ: cū accidat ipossibile ꝯcessa principalis ppositi ꝯdictiōe: hui⁹ exēpluz ē: si hec ppō fuerit collecta: dyameter ē coste incōmēsurabilis: ꝛ dicat qspiaz ipsuz eē cōmensurabilē: stanz infert imparia eē equalia parib⁹: monstrat ergo dyametrū eē coste incōmensurabilē: ob idipsuz ꝙ posito ei⁹ ꝯdictorio falsuz accidat: ꝛ hoc ē syllogizare p ipossibile: ostēdere qdpiā ipossibile pp priorē factā suppositiōem: quare cū in deductiōe ad ipossibile falsus seu falsi fiat syllogism⁹ ostensiu⁹: qꝺ aūt est ex pricipio. i. pricipalis cōclusio ex hypotesi mōstret ꝛ syllogismos ostensiuos prius dixerim⁹ terminari p has figuras: ergo syllogismi p ipossibile qītū ad eoꝝ primū pcessuz p easdē erūt figuras. Silr aūt est in oib⁹ syllogismis q fiunt

ex hypotesi: sicut in circulari: cõuersiuo ⁊ ex opposi-tis: in qb⁹ fit syllogism⁹ ad trãsumptũ: hoc ẽ ab hy-potesi sumpta ad p̄ricipale ꝓpositũ: aut a ꝯrio: aut a simili aut ab opposito: in oib⁹. n. istis ꝯcludit p̄ricipale ꝓpositũ p ꝯcessionẽ aliquã: his ergo ꝯstat oẽm syllo-gismũ pfici p figuras p̄dictas. ¶ Dicit Albert⁹: non sumpsit Aristoteles syllogismũ demõstratiuũ: dyale-cticũ: ⁊ rhetoricũ: cũ sint ptes mãles syllogismi: ⁊ ambitũ ipsi⁹ nõ euacuẽt: sꝫ sumpsit syllogismũ osten-siuũ ⁊ ex hypotesi partes formales syllogismi ⁊ eius ambitũ euacuãtes. Nõ poterãt aũt eẽ nisi tres figu-re: q: a p̄ria nõ ꝓgrediunt̃ nisi due figure: p cõuer-sionẽ. s. maioris scd̃a: ⁊ p ꝯuersionẽ minoris tertia. Itẽ hec ꝯñna vꝫ: dyameter est cõmẽsurabilis coste ergo numer⁹ ipar est equalis pari: hoc fundamẽto. Que-cũqꝫ ad idẽ tertiũ eãdeꝫ seruãt ꝓportionẽ ea inter se inueniunt̃ equalia: sꝫ ꝯcesso dyametro cõmẽsurabili coste numer⁹ par ⁊ impar ad ideꝫ eãdeꝫ retinẽt ꝓpor-tionẽ: ergo: nã si dyameter sit cõmẽsurabilis: q̃drati dyametri ad q̃dratũ coste erit ꝓportio sicut cuiuslibꝫ numeri quadrati ad aliũ nũerũ q̃dratũ: ĝ iter duos nũeros q̃dratos potit eẽ ꝓportio dupla: ĝ iter q̃ter-nariũ ⁊ nouenariũ q sunt numeri q̃drati: ĝ octonari⁹ ⁊ nouenari⁹ erũt dupli ad q̃ternariũ ergo erũt iter se equales: ergo numer⁹ ipar erit equal' numero pari.

Auerrois dicit. Iterũ hoc nõ ꝯtigit nisi tri-pliciter ẜm semitã nãlem: q: aut illud mediũ itelliget̃ subici in vna ꝓpõne ⁊ i alia p̄-dicari: aut q: p̄dicat̃ de vtrisqꝫ extremitatib⁹: aut q: subicit̃ vtrisqꝫ: ⁊ qd̀ dixit Galenus ꝙ põt intelligi quarta dispõ vt ꝙ mediũ p̄dicet̃ d̀ maiori extremita-te ⁊ subiciat̃ minori: istud ẽ ꝯ rõneꝫ oio: q: sic accidat ideꝫ p̄dicari de seipso: ⁊ paulopost inqt: sꝫ ꝙ accipiat̃ p̄dicatũ maioris ⁊ subiectũ minoris nõ ẽ possibile: q: p̄dicatũ de maiori ẽ p̄dicatũ de minori: cuꝫ sit maior p̄dicatũ in q̃sito p nãm de minori: erit ergo aliqd̀ idẽ p̄dicatũ de seipso: erit ergo ideꝫ subiectũ ⁊ nõ subie-ctuꝫ: p̄dicatũ ⁊ nõ p̄dicatũ: sup̄ius ⁊ nõ superi⁹: infe-rius ⁊ nõ inferi⁹: qd̀ est ipossibile: hoc est cũ attendit̃ termin⁹ medius ẜm quesitũ determinatũ: sed cũ attẽ-ditur ẜm cõitateꝫ ꝯcludet̃ nõ quesitũ determinatum qd̀ est ꝯuersuꝫ ei⁹: ⁊ sup istũ moduꝫ est vt numeretur hec cõpositio figura quarta: sicut posuit eã Galen⁹ ⁊ erit qdeꝫ syllogism⁹ in ea sup nõ quesitũ determi-natũ ⁊ p̄ter hoc nõ cadit sup eũ cogitatio p naturaꝫ: neqꝫ accipit̃ in locutiõe syllogistica nec demõstratiua neqꝫ putatiua. i. dyalectica.

Digressio Auerrois.

De syllogismo hypotetico

Digressio hec qua ꝓprietates syllogismorũ hypo-teticoꝝ exponunt̃: varijs documẽtis declaret̃. Pri-muꝫ sit tale: de syllogismo hypotetico est manifestuꝫ ꝙ scilꝫ cõponit̃ ex his trib⁹ figuris: ex eo ꝙ syllogis-mus cõtrarij erit qdem p deductõeꝫ sermonis in eo ad ipossibile p syllogismũ p̄dicatiuũ: qui ẽ primus ꝓcessus pertinẽs ad syllogismuꝫ p impossibile: quo colligit̃ falsuꝫ: ⁊ quesitũ in eo primũ. i. p̄ricipalis cõ-clusio sequit̃ qdem ⁊ ostendit̃ per syllogismuꝫ condi-tiõalẽ: sicut si dicam⁹ ꝙ dyameter aut ẽ cõicãs lateri aut incõicans: deinde ostẽdat̃ vnũ ꝯditionatoꝝ hui⁹ syllogismi ꝯditionalis: qd̀ est: q: nõ est cõicans: per syllogismũ p̄dicatiuũ ducenteꝫ ad impossibile: ⁊ illd̀ per hoc vt dicat: quia si est cõmunicãs: est proportio quadrati vnius eoꝝ ad quadratum alterius ꝓportio numeri quadrati ad numerum quadratũ: sꝫ ꝓportio vnius quadrati ad aliud nõ est sicut ꝓportio numeri quadrati ad numerũ quadratũ: aut ẽ ꝓportio duoꝝ ad vnũ: ⁊ hoc ẽ ꝯtrariũ ⁊ impossibile: nã si vn⁹ nume-rus quadratus eẽt duplus ad aliũ: numerus impar eẽt equalis pari: ⁊ cũ ostẽsuꝫ ẽ ꝙ nõ est cõicãs: poni-mus eum ex syllogismo cõditiõali quo egimus prio qd̀ est dictũ nostrũ: dyameter aut ẽ icõicans aut cõi-cans: sꝫ nõ est cõicans ergo dictũ nr̃m sequit̃ ꝙ. s. est incõicãs: ⁊ hic est syllogismus cõditiõalis diuisus q cõponit̃ ex ꝯdictorijs ꝯtradictiõe pfecta: que est qñ euacuat̃ totus ãbitus diuisi: quoꝝ vn⁹ cũ ponit̃ con-tradictio cõcludit̃ alteri⁹: sicut dictuꝫ est in syllogis-mis cõditiõalib⁹: ergo impossibile sicut dictum est in hoc syllogismo ostenditur per syllogismũ p̄dicatiuũ ⁊ quesitũ videlicet p̄ricipale ostẽdit̃ p syllogismum cõditionalẽ: ⁊ hoc primũ documentũ erat qdẽ iuxta seriem verboꝝ Aristotelis.

Secundum documentũ sit tale: syllogis-mus ꝯditiõalis ptit̃: ali⁹ ẽ cõ-iunct⁹: ꝯtinu⁹ seu cõnex⁹ iq ẽ duoꝝ modoꝝ: aut eniꝫ ponit̃ ãtecedẽs ⁊ colligit̃ ꝯsequẽs: aut ponit̃ opposi-tũ ꝯsequẽtis ⁊ cõcludit̃ oppositũ ãtecedẽtis: ali⁹ est syllogismus cõditiõalis diuisus q cõponit̃ ex ꝯtra-dictorijs pfecte cõtradictiõis: ⁊ ẽ quattuor modoꝝ: aut. n. ponit̃ antecedẽs ⁊ cõiungit̃ oppositũ cõsequẽ-tis: aut ponit̃ oppositũ antecedẽtis ⁊ deducit̃ conse-quens: aut ponit̃ cõsequens ⁊ cõcludit̃ oppositum antecedẽtis: aut ponit̃ oppositũ ꝯsequẽtis ⁊ infertur antecedẽs: vocat̃ aũt hic antecedẽs ⁊ cõsequens nõ ẜm habitudinẽ reꝝ: sꝫ ẜm locutionẽ: vt illud sit ãte-cedens qd̀ prius tp̄e pfertur.

Tertium documẽtũ sit tale. Et cũ sint gene-ra diuersa syllogismoꝝ ꝯditiõaliũ primoꝝ: cũ ꝯsiderat̃ ẽt in eis appet ꝙ quesitũ in eis est illd̀ qd̀ ostẽdit̃ i eis p modũ cõditiõis: sꝫ positum qdẽ indiget vt ostẽdat̃ per syllogismũ p̄dicatiuũ in cõditiõali sepato. i. diuiso ⁊ cõiuncto. i. qñ non ẽ no-tum per se ꝙ pars destructa que vocatur positum sit bene destructa: tũc egemus syllogismo predicatiuõ ad declarãdũ illd̀ positũ: at cũ sit ꝯtradictio i eis ma-nifesta p se: qd̀ ẽ: q: cũ ẽ in eis cõiunctio manifesta p se ⁊ positũ manifestũ p se: est consequẽs manifestũ p se: ⁊ hoc ẽ manifestũ valde in cõditiõe diuisa: q: cũ ẽ cõtradictio manifesta p se ⁊ positio manifesta per se: ⁊ quesitũ erit manifestũ p se: nã si manifestũ sit ꝙ mũ-dus non euadat quin aut sit nouus aut antiquus: ⁊ sit per se manifestũ ꝙ non est antiquus: ergo ipsum esse nouũ erit per se manifestuꝫ necessario: ⁊ simile ẽ vt res sit ita in cõditione cõiuncta ⁊ cõnexa: vnde si sit manifestũ per se ꝙ si motus sit necesse sit naturam esse: ⁊ manifestũ sit per se ꝙ motus est: ergo manife-stum est per se naturam esse: similiter si sit manifestuꝫ per se ꝙ si actiones anime sint: anima sit: ⁊ actiones anime sint manifeste inuentionis ergo ⁊ anima ẽ ma-nifeste inuentionis per se. Item si sit manifestum ꝙ si res aliqua priuatur motu: priuatur ⁊ motore: ⁊ co-gnitum sit per se ꝙ res aliqua priuatur motu: notũ est etiam per se ꝙ priuatur motore. Sũt ergo hmõi syllogismi vere syllogismi hypotetici p quos qdẽ ñ põt qspiã certificari de aliquo quesito ignoto.

Quartum documentũ sit tale. Et vlt̃ cũ tu aduerteris demõstratiões q̃ exe-unt exitu ꝯditiõis i sciẽtijs: ⁊ hoc i q̃sitis p nãm: inue-

nies

nies aut ꝯiūctiōes in eis manifestā: ⁊ manifestā ipsaȝ positiōes ⁊ hoc qdem seqtur in syllogismis ꝯditionalib⁹ q̄ nō sunt p̄dicatiui i potētia: ⁊ hi sunt ꝯditiōales veri: vbi reperit̄ suppositū: ⁊ est hoc qd̄ dico: mūdus aut est nou⁹ aut etern⁹: ⁊ assumptū seu positio: ⁊ est hoc qd̄ dico: sed nō est etern⁹: q̄ń ergo ⁊ suppositūȝ ⁊ assumptū nō indigēt ꝓbatiōe: ⁊ ꝯclusio quoq̧ de se erit manifesta: ⁊ hec est ꝓprietas syllogismoꝝ hypoteticoruȝ qui nō sunt predicatiui in potentia: ⁊ sunt syllogismi in qbus non reperiunt̄ tres termini in potentia: sed qui sunt quideȝ in potētia predicatiui: illi quideȝ predicatiui exeunt extra cōditiōis: ⁊ pp hoc ē possibile in his vt ꝯstituat̄ p hos quesitū p se positū p additiōeȝ ꝓpōnis: ⁊ hec spēs ꝯditionaliū est que cōicat antecedēs ꝯñti termino vno: ⁊ sunt syllogismi hypotetici virtute cathegorici cōtinētes potestate tres terminos: Iamq̧ statuimus hoc in dicto qd̄ posuimus ad hoc.i.in q̄ōne quadā nr̄a exposuimus qs fit syllogismus hypoteticus cathegoric⁹ potētia ⁊ quis non cathegoricus potentia ⁊ virtute: omnes enim syllogismi conditionales diuisi: ⁊ cōtinui non cōicātes in aliquo termino sunt vere hypotetici nō p̄dicatiui virtute ⁊ potētia: iste est syllogism⁹ ꝯtinu⁹ nō cōicans in aliquo termino: si sol ascēdit: dies est: q nō resoluit̄ in duas ꝓpōnes: nā altera est ꝯclu̾o: altera positio seu assumptū: nō colligitur ergo quicq̄ȝ per taleȝ syllogismū nisi ſm qd̄ in suppositiōe fuerat suppositū.i.in tali syllogismo inuenit̄ actu cōclusio cōcludenda: siue sit antecedēs siue ꝯñs: ⁊ solent vocare hmōi syllogismi conditionales syllogismi positiui: ꝓpterea q̄ in ipsis ponit̄ ipsa ꝯclusio: per quos qdem non declarant̄ ignota nāliter: tametsi faciant modiculam innuitionē.2.physicorū.3.syllogismi cōtinui cōicātes in aliquo termino sunt q̄ttuor modis: nam aut p̄dicatū in prima pte est subiectū in secūda: vt dicendo: si hō est aial: aliquod aial est rōnale: si angelus est rōnalis: aliqd̄ rationale est homo: ⁊ tales syllogismi sunt predicatiui potentia in tertia figura: per quos certificatur de ignoto quaten⁹ cathegorici sunt. Aut idem est subiectū in antecedente ⁊ cōsequente: vt patet dicendo: si homo est aial: homo est substātia: si iste hō anhelat: iste homo viuit: vnde huiusmodi ꝓpositiones aliq̄ñ sunt virtualiter vna propō cathegorica: aliquādo sunt syllogismus cathegoricus: siquis dicat: si duo trianguli sunt continui: ipsi sunt eq̄les: tātūdē ē ac si diceret: oēs triāguli cōtinui sunt equales: at ista connexa: si aliqui duo trianguli sunt continui: ipsi sunt equales: valet syllogismū cathegoricum talem: omnes duo trianguli ꝯtinui sunt equales: aliqui duo trianguli sunt cōtinui: ergo sunt equales: similiter hec: si homo est animal: homo est substantia: valet hunc syllogismuȝ: omne animal est substātia: homo est aial: ergo hō est substāna: ⁊ sunt aliq syllogismi hypotetici q virtutē habēt cathegorici ⁊ vere cathegorici: quoꝝ actio est actio syllogismi cathegorici: ⁊ sunt illi q ꝯtinēt ꝓpōneȝ p se notā alij sunt vere hypotetici equalētes cathegoricis quoꝝ p̄misse nō sunt p se note: q syllogismi lȝ haberēt formaȝ cathegoricā: hypotetici tñ iure dicūt̄. Aut idē est predicatū in vtraq̧: ⁊ si sint ꝓpōnes binarie: valent verū syllogismū hypoteticū: si sint ternarie: vt dicēdo: si luna ē spice figure: sol ē spice figure: valēt entimemata q̄ in syllogismos resoluunt̄ vt patebit i fine secūdi prioruȝ. Aut subiectū antecedētis est p̄dicatum ꝯñtis: vt patet dicendo: si rationale est illud qd̄ intelligit. Angelus est rationalis: si propheta sit ille in quo est prouidentia. Xp̄s benedictus ē ꝓpheta: ⁊ tales syllogismi si habeant premissas affirmatiuas: non reducūtur i syllogismos secunde figure: in qua nihil ꝯcludit̄ ex puris affirmatiuis: si altera ꝓpositio sit negatiua: virtus talis syllogismi erit virt⁹ cathegorici in secūda figura: vt pȝ dicēdo: si ꝓpheta hȝ sollicitudinē: anīxp̄s nō ē ꝓpheta: q sic reducit̄. Propheta hȝ sollicitudinē: anīxp̄s nō hȝ sollicitudineȝ: q̄ nō ē ꝓpheta: his itaq̧ oibus ꝯstat q̄ syllogism⁹ ꝯditionalis alius ē predicatiuus potētia ⁊ virtute: alius nō p̄dicatiuus potentia ⁊ virtute.

St ergo. Presenti lectiōe his trib' capitulis ostendit in tribus figuris posse verū colligi ex falsis: ⁊ sn̄ia gnālis stat in hac ppositiōe: ex veris verū: ex falsis falsuz: ex falsis verū syllogizam' nō pp qd sed qr: at ex veris falsuz colligi nequit: ⁊ est syllogismus ex falsis syllogism' mēdacij: aut ex hypotesi aut syllogismus ex falsis: nequaqz syllogism': vt dicitz primo posterior. Series aūt verbor Aristotelis multis explicet documētis. Primuz sit tale: ex veris nō colligitur falsum: ne sequat idem simul esse ⁊ nō esse: p. a. intelligit maior ⁊ minor ppositio: ⁊ est nomen antecedentis. b. vero est nomē ɔclusionis: in formādis post modū syllogismis. a. est maius extremū. b: mediuz. c. minus extremū. Secūduz documentū sit tale: ex falsis verū syllogizari in prima figura ɔtingit: ⁊ ambab' premissis existētib' falsis: ⁊ vna: ⁊ hac nō vtralibet id cōtingit: sed scda. i. maiore existente in toto falsa: minore aūt vera nō sequit ɔclusio vera: si fuerint premisse false in toto sequitur ɔclusio vera: vt pz dicendo: ois lapis est aial: ois hō est lapis: ergo ois hō est aial: nullus hō ē aial: ois lapis est hō: ergo nullus lapis est aial. Similiter ⁊ si premisse fuerint false in aliquo pōt seq ɔclusio vera: vt dicēdo: oē albū est aial: ois hō est albus: ergo ois hō est aial: nulluz albū est aial: ois lapis est albus ergo nullus lapis ē aial: ppositio tota falsa seu in toto falsa ē illa cui' ɔtraria ē vā: ppositio in pte falsa est illa cuius ɔ̃ria est falsa: quo fit vt ois ppositio aut tota falsa aut in aliquo falsa vlis existat. Rursus maiore tota falsa siue affirmatiua siue negatiua: minore vā nō colligitur ɔclusio vera: sed falsa: oē aial est lapis: ois hō est aial: ergo ois hō est lapis: nullus hō est aial: oē risibile est hō: ergo nullum risibile est aial: at maiore in parte falsa: minore vera sequit cōclusio vera: oē album est animal: omnis cignus est albus: ergo ois cignus est animal: nullum album est animal: omnis nix est alba: ergo nulla nix est animal. Amplius si maior sit tota vera: minor tota falsa efficitur syllogismus verus: omnis equus est animal: ois hō est equus: ergo ois hō est animal: nullū animal est lapis: ois arbor ē animal: ergo nulla arbor est lapis. Similiter si minor sit falsa i parte: ois hō est animal: oē sedēs ē hō: ergo oē sedēs ē animal: nullus equus est hō: oē irrationale ē equus ergo nullum irrationale est hō. Ex his ergo cōstat φ in vniuersalib' syllogismis prime figure ⁊ premissis falsis in toto ⁊ in aliquo falsis colligitur ɔclusio vera. Maiore aūt tota falsa ⁊ minore in aliquo falsa: conclusio ē semper falsa. Maiore i aliquo falsa: minore tota falsa: conclusio ē vera: at si maior fuerit tota falsa ⁊ minor vera conclusio ē semper falsa. Maiore in aliquo falsa: minore vera ɔclusio colligitur vera. Maiore vera minore tota falsa conclusio nascetur vera: ⁊ similiter si minor fuerit in aliquo falsa. Tertiū documentū sit tale: i particularibus syllogismis prime figure ɔtingit ɔclusionem esse verā: cū maior ē tota falsa ⁊ minor vera: ois nix ē animal: aliquod albū ē nix: ergo aliquod albū est animal: nullus hō est animal: aliquod albū ē hō: ergo aliquod albū non ē aial. Itez si maior fuerit in aliquo falsa: minore vera: ɔclusio erit vera: oē albū ē animal: aliqs cignus ē albus: ergo aliqs cignus ē aial: nullū albū ē animal: aliqua nix ē alba: ergo aliqua nix non ē animal. Itē si maior sit vera: ⁊ minor falsa ɔclusio erit vera: ois equus ē animal: aliqs hō ē equus: ergo aliquis hō ē animal: nullū animal ē lapis: aliqua arbor ē animal: ergo aliqua arbor nō ē lapis. Itē ambab' premissis existentibus falsis ɔclusio quoqz deducit vera. Quartum documentū sit tale: in secunda figura penitus ɔtingit p falsa ver syllogizare ⁊ vtrisqz ppositionibus totis falsis sumptis ⁊ vna vera: altera falsa tota: vtralibet falsa posita sit: ⁊ si vtreqz in aliquo false: ⁊ si hec quidez simpliciter ⁊ tota vera: illa vero in aliquo falsa: ⁊ id tā in vniuersalibus qz particularibus reperitur

ritur syllogismis: ⁊ sicut in secūda figura oīsariam ex falsis colligiť veꝝ: ita ⁊ in tertia figura ⁊ in modis vniuersalibus quoꝝ ambe premisse sunt vniuersales: ⁊ in particularibus quoꝝ altera ꝓpositio est ꝑticularis: cōtingit ꝯcludere veꝝ: palā igiť ē ex dictis: qn̄ cōclusio falsa fuerit: necesse esse ⁊ ea ex qub⁹ ratiocinatio cōstat falsa esse: aut oīa aut aliqua: at qn̄ conclusio vera ē: nō necesse est: nec aliquā qūidē ꝓpositionē: nec oēm verā esse. Ultimum documentū sit tale: nulla ꝓpositiōe vera earum que sunt in syllogismo ꝯtingit ꝯclusionē veram esse: at nō ex necessitate. i. ex falso nō sequiť verū ꝓpter quid ⁊ vniuersaliter: causa aūt est: quia cū duo ita se habeant adinuicē: vt cum alterū verum sit: ex necessitate ⁊ alterū sit verū: ⁊ cum hoc falsū sit: alterū fore falsum: at cum hoc sit verū: nō necesse est ⁊ alterum verum esse: impossibile ē eodem tū vero tū falso ex necessitate colligi idem esse: dico aūt vt si. a. sit albū: ⁊. b. magnum. i. si. a. ē albū. b. ē magnū: impossibile esse cū a. albū sit: ex necessitate euenire ⁊. b. magnū esse: ⁊ ēt cū nō sit. a. albū: idētidem ex necessitate euenire. b. magnū eē: nā qn̄ accidit si hoc vt. a. albū ē: ex necessitate ⁊ illud vt. b. magnū eē: ⁊ si. b. magnū ē ⁊ ex necessitate. c. nō eē albū: ex necessitate accidit si. a. albū ē: ⁊. c. nō eē albū: ⁊ id in trib⁹ termis a. b. c. ē expressū: ⁊ sīle est qn̄ duob⁹ existētib⁹ si alioꝝ ē: ex necessitate euenit ⁊ alterū eē: si hoc nō ē ex necessitate: euenit ⁊ primum nō eē: si igiť ad idē eē ⁊ nō eē sequať idē: esto ita: ⁊ ad a. eē albū ⁊ nō eē album: accidat ex necessitate. b. esse magnū: igiť si. b. nō est magnū ⁊ ex necessitate. a. non est album ⁊ si. a. non est album. a. ex necessitate est magnum: accidit ex necessitate si. b. non est magnū idem b. esse magnum: hoc autem impossibile: quod autem accidat clarū est: nā si. b. nō est magnū: ex necessitate a. nō erit albū: si igiť cū nō est. a. album: ex necessitate erit. b. magnū: ex necessitate profecto accidit: si. b. non est magnū. b. esse magnū: veluti ⁊ prius ꝑ tres terminos accidebat: manifestū est igiť ob ꝓpositōes falsas nō ex necessitate colligi posse ꝯclusionē verā esse: constat ergo ꝙ hm̄ modi arguēdi nō valēt: premisse sunt false ergo ꝯclusio vera: premisse sunt false ergo cōclusio est falsa: vn̄ bene seqtur: si ꝯn̄s nō est: antecedēs nō ē: ⁊ si an̄s nō est: ꝑ aduersariū adhuc ꝯn̄s est: ꝗ a prio ad vltimū ad nō esse ꝯn̄s seqtur esse consequens.

Digressio.

Contra ꝓpositōes approbatas inducunť ab expositorib⁹ iste difficultates. In primis nō vr̄ verū posse deduci ex falsis: tū q: veꝝ ⁊ falsum nō sunt vnius nature ꝗ neutrū illoꝝ est effect⁹ alterius: tū q: falsū est nō ens ꝗ falsū nō poterit eē cā veri: tū q: vnū oppositū non pōt esse cā alterius: tum q: aut premisse false eēnt cause illate ꝯclusiōis aut illationis: nō prio mō vt pꝫ: nec scd̄o mō: q: nec quantū ad materiā: nec q̄ztū ad formā illatōis: tum q: valeret iste modus arguēdi: hoc nō est veꝝ: ꝗ hoc nō ē falsū. nā si ex falso sequať veꝝ ꝗ ad destructōez veri deducetur abolitio falsi: tū q: premissis existētib⁹ falsis reperiunť termini in qbus oī ⁊ in qbus nulli ꝗ talis cōbinatio est inutilis: pꝫ sic dicendo: oīs lapis est aīal: oīs hō est lapis ꝗ oīs hō est aīal: oīs lapis ē arbor: oīs hō est lapis igiť nullus hō est arbor. Solutio est: premisse false solū grā materie disposite in mō ⁊ figura inferunt verā ꝯclusionē: veluti duo numeri impares benecōstituūt numerū parē: nō quaten⁹ sunt ipares: sed vt est in eis mā numeri paris: premisse ꝗ false ⁊ conclusio vera sunt vni⁹ nature merito extremitatū: ⁊ nō est falsū cā veri vt ipm ꝯstituēs sꝫ vt hn̄s in se aliqd ꝑ qd̄ cōstituať sꝫ materiā ⁊ ꝓpterea premisse false sunt cā illationis veri nō ꝑ se sed ꝑ accidens: nō quātū ad formā ⁊ dispositionē premissaꝝ sed quantū ad materiā eoꝝ ⁊ terminos. Alia rō probat ꝙ premisse false nō inferunt ꝯclusionē verā ꝓp qd. i. vniuersaliter sed solū q: est. i. in aliqbus: nō rōne falsitatis sed ratione dispōnis talium premissarū constitutarū ex talib⁹ terminis. Ad vltimā rōnē dico cōbinationē illā esse inutilē sm̄ quā dātur termini in qbus oī ⁊ termini in quibus nulli. i. ꝙ premissis existētib⁹ veris inueniať vniuersalis affirmatiua vera: ⁊ vniuersalis negatiua falsa.

Amplius in syllogismis particularib⁹ prime figure maiore tota falsa ⁊ minore vera seqtur ꝯclusio vera ergo ⁊ in vlībus: nā si ꝑticulares pn̄t in aliquā cōclusionē: a fortiori ⁊ vl̄es. Item in vlīb⁹ secūde figure negatiua vl̄i falsa in toto ⁊ affirmatiua vera colligiť cōclusio vera: ergo id in prima figura fieri poterit: cū scd̄a figura descēdat a pria: ⁊ prima sit pfectior scd̄a. Item dixit Ari. ad idē esse ⁊ non esse nō sequi idem. i. ad duo ꝯtradictoria non deduciť idē. i. ad idē affirmatū ⁊ negatū. Cōtra: necessariū seqtur ad quodlibet. In syllogismis ex oppositis ad premissas inferť vna ꝯclusio. Ualet ēt: tu es albus ꝗ tu es alb⁹ vel tu nō es alb⁹: tu nō es alb⁹ ꝗ tu es alb⁹ vel tu nō es albus. Solutio est: ad primū: licet maior extremitas discōueniat medio: pōt tn̄ inee minori extremitati rōne illius particularis in qua minor extremitas excedit mediū: ⁊ sic poterit ꝯclusio eē vera in ꝑticularibus maiore tota falsa ⁊ minore v̄a: n̄ aūt in vlīb⁹ hoc ꝯtinget: rō ergo ꝓp quā nō pn̄t syllogismi vl̄es prime figure in ꝯclusionē verā ē ꝯplemētū quātitatis: hoc. n. eis debetur: q: minor extremitas subiacet vl̄r medio: quare cū pfectio inducat hanc ipotētiā: tō hec ipotētia nō ē ipotētia simpliciter: sed solū sm̄ qd. Ad secūdū: in quācūqꝫ qdē ꝯclusionē pōt secūda ⁊ prima: non tn̄ sub eadē dispositiōe ⁊ situ terminoꝝ: ⁊ quāuis in secūda figura maior sit tota falsa: tn̄ si ꝯuertať nō erit ampli⁹ in toto falsa: ⁊ cū ꝯueniētia medij ab altero extremoꝝ nō possit eē cā ꝯueniētie vni⁹ extremi cū alio: iccirco premissa negatiua existēte: ꝯclusio ē negatiua: sꝫ si nō: opꝫ ꝙ ꝯclusio sit falsa: si altera premissaꝝ sit falsa: nō obstāte ꝙ oīa hec sint qualitates ꝓpositionis. Ad vltimū: ponunť cōīter iste regule. prima ē: ad quālibet ꝓpositionē manifeste implicātē ꝯdictionē colligiť formaliter quelibet alia: vn̄ valet: cato ē iustus: ⁊ cato nō ē iustus ergo tu es bononie: nā ex prefata copulatiua sequiť q̄libet ei⁹ ps gratia forme: tūc reseruata ista: cato n̄ ē iustus: arguať ex alia sic. Cato ē iustus ergo cato ē iustus vel tu es bononie: tunc vltra. Cato ē iustus vel tu es bononie: sed cato n̄ ē iustus: vt reseruatū fuit: ergo tu es bononie. Secūda regula: ex impossibili nō implicāte ꝯdictionē colligiť quodlibet: ⁊ necessariū sequitur ad quodlibet: ꝓpositio ergo Aristo. ē vera dēptis duob⁹ casib⁹ vtputa qn̄ ꝯsequēs ē ꝓpositio necessaria: vel an̄cedens ē ꝓpositio ipossibilis: regula ē vera hoc fundamēto: si ad. a. esse albū sequať. b. esse magnū: tūc ex opposito ꝯsequētis sequeť oppositū an̄cedētis. b. n̄ ē magnū ergo. a. nō ē albū: sꝫ ad istā. a. nō ē albū ꝑ hypotesim sequiť ꝙ. b. ē magnū: ergo de primo ad vltimū seqtur. b. nō est magnū ergo. b. est magnū.

¶ Caput quintū sextū ⁊ septimū.



Circulo autem. In pcedētibus potestas syllogizādi cōsiderata ē q̄ ē ex premissis sup ꝯclusiones: p̄sens ptās nascit ꝯcludēdo ex ꝯclusiōe ⁊ altera p̄missaꝝ conuersa alterā premissaꝝ. Sentētia āt textus Aristotelis varijs aperiat ꝓpositiōib⁹: prima ē. Circulo ⁊ ex seinuicē ostēdere ē p ꝯclusionē p̄i⁹ facti syllogismi ⁊ ecōuerso predicatione alterā ꝯcludere reliquā: alio āūt mō nō ꝯtingit circulo ostēdere q̄ȝ p ꝯclusionē ⁊ alterā ꝓpositionē v̄t̄aȝ siue enim aliud mediū sumat a trib⁹ terminis: siue nō accipiatur conclusio cum altera premissarum conuersa non erit circulo ostendere. notanter autē dixit pħs circulum fieri ex conclusione ⁊ conuersa alterius premissarum: ⁊ non ex conclusione ⁊ alia p̄missa vel ex conuersione vtriusq̄ȝ premissaꝝ: nam cōclusio sumpta cum vna premissaruȝ vel conuersa vtriusq̄ȝ facit dispositionem secunde vel tertie figure: tertia autem figura non concludit vniuersalem: ⁊ secūda nō cōcludit affirmatiuam: ideo in syllogismo circulari ad ꝯcludendum vniuersalē affirmatiuā oportet accipere p̄missas sub dispositione prime figure: ⁊ oībus ostēsionib⁹ circularibus ꝯpetit assignata diffinitio.

Secunda propositio: in his que cōuertunt causat circulus: ex istis nāq̄ȝ trib⁹ terminis. a. b. c. paribus formant sex ꝓpositiones que oēs circulo in primo mō prime figure monstrari p̄nt: in secundo mō prime figure ostenditur circulo maior ꝓpositio modo dicto: at si debeat cōcludi minor: maior in affirmatiuam reduci dȝ: iste sit syllogismus primus: nullum. b. est. a. oē. c. est. b. ergo nullum. c. est. a. premissa maior hoc syllogismo cōuincit: nullum. c. est. a. oē. b. est. c. ergo nullū. b. est. a. at si oporteat cōcludere oē. c. est. b. nō iam similiter cōuertēduȝ: nullū. b. est. a. nam iste due: nullū. b. est. a. nullū. a. est. b. sunt eiusdem qualitatis ⁊ iudicij ⁊ potestatis ad inferēduȝ: sed sumendū cui. a. nulli inest. b. omni inesse: ⁊ formet iste syllogismus: nullum. c. est. a. cui. a. nulli inest. b. omni inest: ergo oē. c. est. b. quare cū in syllogismo vl'i negatiuo tria sint: ꝓpositiones due ⁊ cōclusio: vnūquodq̄ȝ cōclusio facta est: ⁊ hoc quideȝ circulo. Dico ꝙ ista sequela est necessaria: ⁊ si nō sit proprie syllogismus: vt de syllogismo hic intēdimus: cui nulli inest. a. illi omni inest. b. nullū. c. est. a. ergo oē. c. est. b. maior premissa huius ratiocinatōis claudit in se premissas tertie figure. i. valet istas duas: nulluȝ. c. est. a. ⁊ oē. c. est. b. idō nō est mirū si ex necessitate sequat altera: virtute cōditionalis: ⁊ posita prima parte: altera cōcedat: hoc pacto: si nullū. c. est. a. oē. c. est. b. sed nulluȝ. c. est. a. ergo oē. c. est. b. ratio ergo hec nō est in prima figura sȝ potius pertinet ad tertiā: vt infra dicit Aristo. nō ꝙ vniuersalis illa in tertia cōcludat: sȝ ꝙ ex hypotesi date cōuersionis ⁊ primi syllogismi data cōclusione que est tertie figure vna ꝓpositio altera que est eiusdē figure propositio ex necessitate colligetur.

Tertia propositio: in syllogismis particularibus prime figure vniuersales nō monstrant circulo: in tertio modo particularis ostēdit: nō in quarto modo: nisi ꝯuertat maior ⁊ reducat in affirmatiuam isto pacto formādo syllogismū: cui alicui. a. nō inest: illi alicui inest. b. aliqđ. c. nō est. a. ergo aliqđ. c. est. b. ⁊ perinde est ac si esset syllogismus hypoteticus talis: si cuicunq̄ȝ alicui. a. non inest: illi alicui inest b. c. alicui. a. nō inest: ergo. c. alicui inest. b.

Quarta propositio: in scđa figura nō premissa affirmatiua: sed negatiua pōt circulo monstrari: formēt isti syllogismi: oē. b. est. a. nullū. c. est. a. ergo nullū. c. est. b. oē. a. est. b. nullum. c. est. b. ḡ nullum. c. est. a. sed si maior sit negatiua nullū. b. est. a. ostēdēdo circulo prima efficiet figura: hoc pacto: nullum. b. est. a. oē. c. est. a. ergo nullū. c. est. b. nullū. c. est b. oē. a. est. c. ergo nullū. a. est. b. ergo nulluȝ. b. est. a. si āūt syllogismus secūde figure nō sit vniuersalis: ꝓpositio vniuersalis non ostendit circulo: sed bene particularis: quādo vniuersalis premissa fuerit affirmatiua. i. in quarto secūde: isti sunt syllogismi: oē. b. est. a. aliquod. c. non est. a. ergo aliquod. c. non est. b. omne. a. est. b. aliquod. c. non est. b. ergo aliquod. c. nō est. a. at particularis affirmatiua tertij modi secunde figure nō ostenditur circulo ex ꝯuersione propria vniuersalis negatiue: nam sic vtreq̄ȝ propositiones forent negatiue que non sunt vtiles ad colligendum particularē affirmatiuam sed bene talis ꝓpositio poterit ostendi circulo: si sumat cui. b. alicui non inest. a. alicui inesse: quēadmodū in vniuersalibus modis prime figure est ostēsum: quod ⁊ verum erit tam in vniuersalibus q̄ȝ particularibus secunde: cum minor fuerit affirmatiua: sȝ prius in vniuersalibus negatiuis dixerit nō esse syllogismo circulari colligendā affirmatiuā: id. n. intelligebatur cōi ꝯsuetaq̄ȝ conuersione seruata: cathegoricoq̄ȝ syllogismo: sȝ virtute syllogismi hypotetici facta etiāȝ ꝯuersione ꝯclusionis pōt fieri ostensio circularis.

Quinta propositio: quādo in tertia figura āb̄e premisse fuerint vniuersales: nulla est que circulo ostendi possit: quādo āūt maior est vniuersalis affirmatiua ⁊ minor particularis affirmatiua: particularis nō ostendit circulo: isti sint syllogismi: oē. c. ē a. aliquod. c. ē. b. ergo aliquod. b. ē. a. oē. a. ē. c. aliquod b. ē. a. infertur: ergo aliquod. b. ē. c. ⁊ nō ista: aliquod. c. ē. b. que erat altera premissaꝝ: licet valeat ista ꝯsequentia: aliquod. b. ē. c. ergo aliquod. c. ē. b. sed nō est idem circulo colligendo predicatū subiecto ⁊ subiectū predicato inesse: at si maior sit particularis affirmatiua ⁊ minor vniuersalis affirmatiua: particularis colligit syllogismo circulari: hoc pacto: aliquod. c. ē. a. omne. c. est b. ergo aliquod. b. ē. a. aliquod. b. ē. a. omne. b. ē. c. ergo aliquod. c. ē. a. Item: particularis negatiua quinti modi potest ostendi circulo: sic formādo syllogismos. aliquod. c. nō ē. a. omne. c. ē. b. ergo aliquod. b. non est a. aliquod. b. nō ē. a. omne. b. ē. c. ergo aliquod. c. non est. a. at si vniuersalis fuerit negatiua maior ⁊ particularis affirmatiua minor: talis particularis nō ostendit circulo: nisi quēadmodū i prioribus: si videlicet sumatur: cui hoc alicui nō inest: alterū alicui inesse: vt si nullum. c. ē. a. ⁊ aliquod. c. ē. b. ergo aliquod. b. nō est. a. si ergo sumatur: cui. a. alicui nō inest: eidē. c. alicui inesse: ex necessitate eueniet alicui. b. inesse. c. hoc pacto: cui. a. alicui nō inest: eidem. c. alicui inest: alicui āūt. b. nō inest a. ergo alicui. b. inest. c. ergo alicui. c. inerit. b. aliter āūt vniuersalē cōuertendo propositionē impossibile ē circulo monstrare alterā: naȝ nullo pacto fit syllogismus his ergo constat ꝙ premisse syllogismoꝝ prime figure ostendūtur circulo aut per primā aut per tertiā figurā: in secunda figura cū syllogismus ē vniuersalis: premisse ostendūtur circulo ⁊ per primā ⁊ per secundā ⁊ p tertiam figurā: quando āūt syllogismus est particularis ⁊


per ipsam & per tertiã: at in tertia figura ostensiões circulares fiunt per tertiam figuram: he sunt que ptinent ad seriem verbor Aristotelis.

Digressio.

Contra. Syllogismus circularis nõ est instituius ad generandũ scientiam: nec opinionem: nõ scientiam: primo posterior capite. 3. neq3 opinionẽ: nam opinio non generat nisi ex notioribus quo ad nos: constat autẽ syllogismũ circularẽ non constare ex nobis notioribus: cũ in ipso sint duo syllogismi: quorum vnus fit ex magis notis: reliquus autẽ ex minus notis. Item: syllogismus circularis nõ ẽ vnus syllogismus: ergo nõ est syllogismus. Idem. n. ẽ syllogismus & vnus syllogismus. Preterea talis syllogismus nõ tenet gratia forme: cũ solum teneat in terminis conuertibilibus: cõmittitur etiã in tali syllogismo fallacia petitionis principij. Solutio est: dico primo idẽ sub aliquo modo acceptũ põt esse notius & ignotius respectu eiusdem: vt dicitur de diffinitiõe & diffinitoeõuersa & cõuertente. Uel primus syllogismus stat vt sic demõstratio quia: secũdus demonstratio ppter quid: ideo datur syllogismus circularis & regressus: nõ aũt demonstratio circularis. Dico secũdo q syllogismus circularis quantũ ad omnes suos processus simul non est syllogismus: sed quãtũ ad vnũ processũ bonus: ipse eiusq3 inuenit syllogismus. Dico. 3. q syllogismus circularis tenet gratia forme: q: iste modus in quo fit tã in oĩb terminis: verũtamen si syllogismus circularis debeat aliquid ostẽdere & procedere ex veris: nõ põt fieri nisi ex terminis cõuertibilibus: q: dz fieri per cõuersionẽ vniuersalis simpliciter: que solũ cõuertit simpliciter in terminis paribus: nam vt dicitur in textu si syllogismus circularis fieret in terminis non cõuertibilibus oporteret procedere ex altera propositione indemõstrabili: quia talis propositio esset falsa: falsũ autem non potest demonstrari. Euitatur etiam petitio principij: quia stat vtrũq3 processum procedere ex notioribus.

Amplius: talis syllogismus: cui nulli inest. a. huic omni inest. b. nullum. c. ẽ. a. ergo omne. c. est. b. videtur inutilis: tum quia minor est negatiua in prima figura: tum quia altera premissarũ existente negatiua conclusio debet esse negatiua: tum quia talis propositio: cui nulli inest. a. huic omni inest. b. habet virtutem affirmatiue: tamen ẽ conuertens negatiuam. Item in tertia figura videtur vt particularis in vniuersalem conuerti possit: cum sit in terminis conuertibilibus. Solutio est: dicimus in exponendo textũ Aristotelis: syllogismum factum esse conditionalem & pertinere ad tertiam figuram. Latini vero ponunt has conclusiones. Pria est: hec conuersio non est consequentia formalis: nullum. b. est. a. ergo cui nulli inest. a. huic omni inest. b. quia nõ valet: nullum animal est arbor: ergo cui nulli inest arbor: huic omni inest animal. Secũda: hec sequela nõ est formalis: cui nulli inest. b. huic omni inest. a. sed nullum. c. est. a. ergo omne. c. est. b. quia non valet: cui nulli inest substantia: huic omni inest accidens: sed nulla chimera est substãtia: ergo omnis chimera est accidẽs: propterea sententia Aristotelis seruatis duabus cõditionibus est vera. Pria conditio est q termini premisse negatiue sint negatiue conuertibiles: ita q de quolibet dicatur alter terminorũ & de nullo ambo simul: aliter illa cõuersio quã facit Aristoteles nõ valeret: vnde isti termini: substantia: accidens sic sunt negatiue conuertibiles: similiter omnes termini cõtradictorij: ideo sequitur: nullus homo est nõ homo: ergo cui nulli inest non homo: huic omni inest hõ. Scđa cõditio est q oẽs termini ex quibus arguit ad inferẽdũ pmissã affirmatiuã supponant pro aliquo: q: si aliqs terminorũ pro nullo supponeret: tunc cõsequẽtia quã facit Aristoteles non valeret: & ratio est: negatiua de pdicato finito non põt mutari in affirmatiuã de predicato infinito: nisi supposita constantia terminor: modo syllogismus quẽ philosophus cõstituit equiualet huic: omne nõ. b. ẽ. a. nullum. c. est. a. ergo omne. c. est. b. quare si minor mutet in affirmatiuã de pdicato infinito: tunc est euidẽs syllogismus arguendo sic: omne non. a. est. b. omne. c. est non. a. ergo omne. c. est. b. Ad aliud: dicitur q licet ibi termini conuertãtur: quia tamen non est euidens illatio vniuersalis ex particulari: ideo ibi non est circulatio euidens. Contra: sicut nõ est euidens particularẽ conuerti in vniuersalẽ: ita negatiuam in affirmatiuã. Dicitur q non debet supponi aliquid q sit contra formam syllogismi: cuiusmodi non est transmutatio negatiue in affirmatiuam: & ad hoc q aliqua sit suppositio requiritur q plus non ponatur per vnam q̃ per alteram: & negatiua vt ponitur in syllogismo exigit constãtiam terminorum.

Caput octauũ: nonũ: decimũ.



Onuertere autẽ. Agit presenti lectione philosophus de syllogismo conuersiuo qui nascitur ex potestate conclusionis supra premissas & fit vt ostendat necessitas cõsequentie: notificauit aũt Aristoteles quid esset conuersiue syllogizare & non syllogismum conuersiuũ: quia est nobis notius: est aũt syllogismus cõuersiuus vtilis dyalectico ad obuiationẽ & exercitatiõẽ: demonstratori q̃ cauillatores: & siquis dicat: talis syllogismus conuersiuus cum sit probans videtur q debeat esse prior probatis: ergo prius determinandum erat de syllogismo conuersiuo q̃ de alijs. Dicitur q possumus vti syllogismo conuersiuo licet quãtum tenet per illud principiũ: de quolibet dicitur esse vel non esse: & non vtimur eo in probandis alijs regulis ea ratione qua sumitur oppositum conclusionis. Sententia autem totius lectionis stat in tribus documentis. Primum sit tale: in prima figura interimitur minor per secundam figuram; maior per tertiam: iste syllogismus: omne. b. est. a. omne. c. est. b. ergo omne. c. est. a. destruitur quantum ad minorem: sic: nullum. c. est. a. omne. b. est. a. ergo nullum. c. est b. maior vero interimitur hoc pacto per secundum modum tertie figure: nullum. c. est. a. omne. c. est. b. ergo aliquod. b. non est. a. Iste item syllogismus: nullum. b. est. a. omne. c. est. b. ergo nullum. c. est. a. minor perimitur sic: omne. c. est. a. nullum. b. est. a. ergo nullum. c. est. b. maior vero hoc pacto: omne. c. est. a. omne. c. est. b. ergo aliquod. b. est. a. at sumendo cõtradictoriam conclusionum: destruitur minor primi modi per quartum secunde: & maior per quartum tertie. minor de celarent interimitur per tertium modũ secunde: maior per tertium tertie: syllogismorũ parti

cularium premisse ambe destruũtur sumendo contradictorium conclusionis: at si sumatur subcontrarium cõclusionis: neutra premissarũ interimetur. Auerrois vtitur hoc modo loquendi: conclusio euanescit: interdũ non euanescit.

Secundum documentũ sit tale: in secunda figura interimitur minor per primã figuram: maior per tertiã: in qua quidem secunda figura maior nunq̃ contrarie sed contradictorie solum colligitur: minor vero et cõtrarie perimitur et cõtradictorie: in syllogismis particularibus sumptis cõtradictorijs conclusionũ vtraq̃ premissarum destruitur: captis subcõtrarijs: neutra.

Tertium documentũ sit tale: in tertia figura maior proposito interimitur per primã figurã: minor vero per secundam: vnde in nullo syllogismo per tertie figure cõclusione subcõtrarie conuersa: interimitur aliqua propositionũ: sed cũ opposite cõuertitur: in omnibus interimuntur vtreq̃: et facile est discurrere in omnibus modis tertie figure: vnde syllogismus oppositus est qui contradictoriã alicuius propositionum concludit: contrarius autẽ diceretur qui colligeret contrariam.

¶ Caput. 11. 12. 13. 14.



Er impossibile Agit philosophus presenti lectione de syllogismo in quo supponitur aliq̃d repugnans conclusioni concludẽde et non conclusi: et vbi syllogismus conuersiuus poterat sumere et contrarium et contradictorium: per impossibile sumit tantum contradictorium: syllogismus quoq̃ per impossibile colligit impossibile in se et absolute: conuersiuus concludit impossibile alicui premissarum: et est in syllogismo per impossibile triplex processus. vnus est qui incipit a premissis vsq̃ ad conclusionẽ: et iste processus est ostensiuus et syllogisticus. alius est qui incipit a conclusione falsa vsq̃ ad falsitatem alicuius premissarum. tertius est qui incipit a falsitate premisse ad veritatem propositi: et isti duo processus non sunt syllogistici. Series autẽ verborũ Aristotelis quattuor absoluatur documentis.

Primũ sit tale: vle negatiuũ: particulare affirmatiuũ et negatiuũ in pria figura per impossibile mõstrantur: solũ vle affirmatiuũ hoc pacto non mõstratur: ratio est: si ista: omne. b. est. a. ostendi debeat per impossibile: cũ eius contradictoriũ non possit esse in prima figura premissa: constat q̃ illa vniuersalis minime deducetur deducendo ad impossibile in pria figura. si autẽ supponatur: nullũ. b. esse. a. et sumatur propositio nota: omne. d. est. b. ergo nullũ. d. est. a. sit aũt hoc impossibile: falsum igitur erit nullum. b. esse. a. sed non oportet si falsum sit nullum. b. esse. a. continuo verum esse: omne. b. est. a. at si ista esset minor in syllogismo: non esset syllogismus. Item particularis affirmatiua ostenditur per impossibile in prima figura: vt ista: aliquod. b. est. a. nam supponatur nullũ. b. esse. a. et sumatur aut omne aut aliquod. c. esse. b. ergo aut nullũ. c. est. a. aut aliquod. c. non est. a. id autem falsum sit et impossibile: ergo cũ minor sit nota: hec erit falsa: nullũ. b. est. a. ergo hec erit vera: aliq̃d. b. est. a. Rursus vniuersalis negatiua similiter ostenditur: sit ista: nullũ. b. est. a. supponatur eius contradictorium: aliquod. b. est. a. et sumatur omne. a. esse. c. ergo aliquod. b. est. c. hoc autem sit impossibile: ergo falsum est aliquod. b. esse. a. ergo verum est nullum. b. esse. a. Idẽ sequitur si sumatur vniuersalis negatiua: non autẽ esset syllogismus si propositio que sumitur esse minor: quia maior ẽ particulari est combinatio inutilis in prima figura. Si autem vniuersalis negatiue per impossibile monstrande supponatur contrarium: nihil prohibet syllogismũ falsi esse et impossibile: non tamen ostenditur propositum: quare semper contradictorium est supponendũ non contrarium. Ad ostendendũ istam: aliquod. b. nõ est. a. supponatur oppositũ: omne. b. est. a. et sumatur omne. a. est. c. ergo omne. b. est. c. quare si hoc impossibile et falsũ suppositum: ergo verum erit propositũ: ergo omnia problemata preter vniuersale affirmatiuum possunt per impossibile mõstrari in pria figura.

Secundum documentum sit tale: omnia problemata per impossibile ostenduntur in secunda figura et tertia: vniuersalis affirmatiua per quartum secunde: particularis affirmatiua per secundũ: vniuersalis negatiua per tertium: particularis negatiua per primũ. Item vniuersalis affirmatiua ostenditur per impossibile per quintũ tertie figure: particularis affirmatiua per sextũ: vniuersalis negatiua per tertium: particularis negatiua syllogizatur per impossibile supponendo eius contradictorium cum vna manifeste vera ad inferendũ vnam manifeste falsam.

Tertium documentum sit tale: demonstratio ostensiua differt ab ea que ducit ad impossibile: q̃ hec quidem supponat quod intendit interimere ad vnum confessum falsum deducens: ostẽsiua autem a confessis positionibus veris incipit: et ex notis et manifestis premissis veram esse conclusionem ostendit: vbi demonstratio ad impossibile vtitur ratione ad impossibile: vt tandem id quod intendit manifestet: ostensiua duas sumit propositiones veras ex quibus est syllogismus absolute: demonstratio ad impossibile vnam solam earum ex quibus est syllogismus absolute: nam vnã confessam indubitatãq̃ veram: alterã aũt sumit propositi contradictoriam: que falsa est: ex qua quidem simpliciter et absolute non fit syllogismus sed ex suppositione supponẽdo scilicet gratia veri agnoscendi eam esse veram: euenit etiã vt in ostensiua nõ necesse sit precognitam esse conclusionẽ: neq̃ preopinari ipsam veram esse aut falsam: in deducente autem ad impossibile necesse est preopinari propositã cõclusionem falsam esse.

Quartum documentum sit tale: omnis conclusio que ostẽsiue concluditur: mõstrari potest demonstratione ducente ad impossibile: et econtra quicquid ostenditur per impossibile et ostensiue et per eosdem terminos: non autem in eisdem figuris. nam quando fit syllogismus ad impossibile in prima figura: conclusio que vera erit: ostensiue concludetur in secũda aut in tertia figura. in secunda quidẽ si negatiua est: si autem affirmatiua: in tertia. quando autem syllogismus ad impossibile in media fuerit figura: conclusio vera ostensiue concludetur in prima figura in omnibus problematibus: at vero quando syllogismus ad impossibile factus fuerit in tertia figura: conclusio vera ostensiue monstrabitur in prima aut se/

cunda

cunda affirmatiue in prima: negatiue autem in secunda: hec exemplis ita appareant: sit hec vniuersalis aut particularis negatiua: nullum.b.est.a. aut aliquod.b. non est.a. monstrata per impossibile in prima figura: omne.a.est.c. aliquod.b.est.a. ergo aliquod.b.est.c. sit autem ista vera: nullum.b.est.c.⁊ formetur syllogismus in secunda figura talis: omne.a.est.c. nullum.b.est.c. ergo nullum.b.est.a.⁊ simili modo: hec: aliquod b.non est.a. per impossibile monstratur in prima figura: nam suppositum sit: omne.b.est.a.⁊ sumatur: omne.a.est.c. ergo omne.b.est.c. at sit ista vera: aliquod b.non est.c.⁊ omne.a.est.c. ergo aliquod.b.nō est.a. ergo propositio negatiua vera monstrata per impossibile in prima figura: ostensiue concluditur in secunda: nunc autem declaretur affirmatiuam veram ostensam per impossibile in prima figura: concludi ostensiue in tertia: vt sit hec: aliquod.b.est.a. monstrata per impossibile: nullum.b.est.a.⁊ sumatur omne.c.est.b. ergo nullum.c.est.a. sit autem ista vera: omne.c.est.a. vel aliquod.c.est.a.⁊ omne.c.est.b. ergo aliquod.b.ē.a. Rursus omnia que per impossibile mōstrantur in secunda figura: ostensiue monstrantur in prima: in hec: omne.b.est.a. monstrata est per impossibile hoc pacto supposita hac: aliquod.b.non est.a.⁊ sumpta ista: omne.c.est.a. ergo aliquod.b.non est.c. sꝫ sit ista vera: omne.b.est.c.⁊ omne.c.est.a. ergo omne.b.est.a. Similiter si particularis affirmatiua ostensa sit per impossibile in secunda figura: vt aliquod.b.est.a. sit suppositum hoc: nullum.b.est.a.⁊ assumptum: omne.c.est.a. ergo nullum.b.est.c. sit autem ista vera: aliquod.b.est c.⁊ omne.c.est.a. ergo aliquod.b.est.a. Si autē vniuersalis negatiua per impossibile monstrata sit in secunda figura: vt sit suppositum hoc: aliquod.b.est.a.⁊ sumatur: nullum.c.est.a. ergo aliquod.b.non est.c. sit autem ista vera: omne.b.est.c.⁊ nullum.c.est.a. ergo nullū.b.est.a.⁊ si demonstrata sit particularis negatiua: sit suppositum: omne.b.est.a.⁊ sumatur: nullum.c.est.a. ergo nullum.b.est.c. sit autem ista vera: aliquod.b.est.c.⁊ nullum.c.est.a. ergo aliquod.b.nō est.a. constat ergo his ꝙ omnia que monstrantur in secunda figura: ostensiue monstrantur in prima. Nūc autem de tertia figura dicendum est: vniuersalis affirmatiua: omne.b.est.a. sic per impossibile ostendebatur: suppositum sit: non omne.b.est.a.⁊ sumptū: omne.b.est.c. ergo aliquod.c.non est.a. sit autem ista vera: omne.c.est.a.⁊ omne.b.est.c. ergo omne.b.est.a. quod propositum fuerat. Similiter sit particularis affirmatiua ostensa hoc pacto: suppositum sit: nullū.b.est.a.⁊ sumptum: aliquod.b.est.c. ergo aliquod.c.nō est.a. sed ista sit vera: omne.c.est.a.⁊ aliquod.b.est.c. ergo aliquod.b.est.a. Si vniuersalis negatiua sit mōstrata hoc pacto: sit suppositum: aliquod.b.est.a. sumptum autem: omne.b.est.c. ergo aliquod.a.est.c. sit autē ista vera: nullum.a.est.c. omne.b.est.c. ergo nullum.b.est.a. hec est secūda figura. Et similiter particularis negatiua ita monstratur: sit suppositū: omne.b.est.a.⁊ sumptum: aliquod.b.est.c. ergo aliquod.a.est c. sit autem ista vera: nullum.a.est.c. aliquod.b.est c. ergo aliquod.b.non est.a. ergo declarata est ista conclusio. Quicquid ostēditur per impossibile ostenditur ostensiue: ⁊ econtra per eosdeꝫ terminos nō aūt in eisdem figuris.

Caput decimūqntū decimūsextum.



IN qua āt figura. Tractat Aristoteles p̄senti lectiōe de syllgismo ex oppositis q ex premissis contrarijs aut contradictorijs colligit conclusionem ideꝫ de eodem negantem: ⁊ tenenduꝫ est ꝙ syllogismus ex oppositis nō sit absolute syllogismus sed particula quedam syllogismorum ex hypotesi: propterea non valet: est syllogismus ex oppositis: igitur est syllogismus: ⁊ hec ē causa ꝙ syllogismum ex oppositis reputat infra Aristoteles inter paralogismos: quo fit vt non sit absolute syllogismus. Series autem verborum Aristotelis multis ꝑsoluatur documentis.

Primum sit tale: in prima figura nullus ex oppositis fit syllogismus: neqꝫ affirmatiuus: neqꝫ negatiuus. non affirmatiuus: naꝫ syllogismi affirmatiui premissas oportet esse affirmatiuas: non negatiuus: quoniam opposite propositiones ideꝫ de eodeꝫ affirmant ⁊ negant. at in prima figura nō idē affirmatur ⁊ negatur in vtrisqꝫ propositionibus.

Secundum documentum sit tale: in secūda figura ⁊ ex oppositis ⁊ ex cōtrarijs contingit fieri syllogismuꝫ: vt his exemplis constat: omnis disciplina est studiosa: nulla disciplina ē studiosa: ergo nulla disciplina est disciplina. Iteꝫ: oīs disciplina est studiosa: aliqua medicina nō est studiosa: ergo aliqua medicina non est disciplina. Item: omnis medicina est studiosa: nulla medicina est studiosa: ergo nulla medicina est medicina.

Tertium documentum sit tale: in tertia figura syllogismus non fit ex oppositis cum premisse sunt affirmatiue: sed in modis negatiuis reperitur syllogismus ex oppositis: in vniuersalibus quideꝫ ex contrarijs: in particularibus ex cōtradictorijs. Ex his dictis duo licet colligere. Primum est: cōtingit sumere contraria aut cōtradictoria statiꝫ: vt Aristoteles sumpsit in ostensione conclusionis ⁊ fiunt syllogismi hoc modo: sex modis in secunda: ⁊ totidē in tertia figura: ⁊ sic sumendo non multum fit syllogismus ex hypotesi: qui est ex oppositis: quia nemineꝫ latet sic esse opposita: ideo nullus admittat propositiones: que si non admittuntur non dicetur syllogismus ex hypotesi. alio modo non statim sumuntur propositiones sed latenter: vna scilicet admissa: altera ostendendo aliqua topica ratione fidem faciendo: aut aliquo alio modo: vt siquis admittat omnem disciplinam esse studiosam: ⁊ insuper nullam medicinam studiosam: ⁊ aliquis interroget: genus medicine disciplina ne est an scictia: dato vero eius genere esse disciplina: tunc argumentabit: genus medicine disciplina est: ergo omnis medicina ē disciplīa: ⁊ oīs disciplīa ē studiosa: igit oīs medicina est studiosa: ⁊ nulla etiam medicina est studiosa: ergo nulla medicina est medicina: ⁊ per tertiam figuram: quoddam studiosum non est studiosum. ecce quō data fuit ex hypotesi altera ꝓpositio syllogismi ex oppositis: scilicet nulla medicina ē studiosa: ⁊ altera quesita est: deinde effectus syllogismus ex oppositis: non vsqꝫ adeo aperto modo: ac si statiꝫ fuissent propositiones contrarie. Secundum est: quattuor modis pugnātia potest inferri: primo per syllogismum ex oppositis

secundo alio syllogismo qui propositionez claudat im
portantem contrarietatem ꝛ repugnantiaz: vt omnis
disciplina bonum est ꝛ non bonum: omnis medicina ē
disciplina: ergo omnis medicina est bona ꝛ non bona.
Tertio per elenchū: vt si sit concessum nullam medi/
cinam esse opinionem: ꝛ deinde concedatur omnez di/
sciplinam esse opinionez ꝛ non opinionem: ꝛ aliquam
medicinaz esse disciplinam: colligitur aliquaz medici/
nam esse opinionem: at nulla medicina erat opinio: qđ
est contradictio. Quarto quādo vno syllogismo effici/
mus vnum contrariuz: ꝛ altero aliud: ꝛ de opposito cō
tradictorio qz idem iudiciuz. hec de ptātibus syllogis/
mi pro oportunitate loci ꝛ temporis dicta sufficiunt.

Caput decimūseptimum.

A principio. Incipit philoso/
phus pertractare de peccatis que
fiunt circa dictos modos syllogis/
morum qui inducti sunt: inter pec
cata autem primuz est petitio prin/
cipij quod accidit circa syllogismū
circularem. Textus Aristotelis cū
obscurus sit diligenter exponatur pro iunioribus. In
primis inducitur diffinitio peccati talis id quod est in
principio petere ꝛ accipere ē vt in generali loquamur
sumere in eo quod est. i. per id quod sumitur non de/
monstrare propositum: quasi diceret: petere in princi/
pio est sumere aliquid tale ad probandum per qđ pro/
posita conclusio non nata est demonstrari syllogistice
vel ostendi. Ponitur postea vna cōclusio talis: hoc nō
demonstrare propositum multipliciter contingit. peti/
mus enim ꝛ sumimus id quod ē in principio quattuor
modis: ꝛ si omnino non syllogizatur. i. quando nō syl/
logismus sed assilogista ꝛ incollectilis ratiocinatio fue
rit: ꝛ dicit Albertus: quando tale aliquid accipitur per
quod omnino propositum non syllogizatur: quia peti
tis idem est ei quod syllogizari debet ꝛ non habet ra/
tionem inferendi ꝛ probandi propositum: vt si dicam:
homo est animal per hoc ꝙ homo est animal: ꝛ hoc est
qđ est idem cum proposito ꝛ nomine ꝛ re ꝛ rōne. Itē:
aut si per ignotiora. i. secundo modo quādo sumimus
ignotius q̄z id quod colligere volumus: ita ꝙ conclu/
sio conclusa magis nata sit esse principiuz ad cōcluden
dam premissaz: q̄z premissa sit ad concludendaz conclu
sionem: vt si syllogizetur ꝙ stelle meridiane per hoc ꝙ
sunt velocioris motus stellis aquilonaribus sunt mino
res ſm quātitatem circuli super orizontem. hoc. n. est
ignotius q̄z qđ stelle meridiane sunt velocioris motus
per hoc ꝙ sunt maioris circuli: ꝛ in eodez tempore trā
seunt spatiuz maius in quo aquilonares transeunt spa
tium minus. Rursus si per eque ignotum. i. tertio qñ
eque ignotum atqz illud est qđ efficere volumus: assu
mimus: vt si homo risibilis esse monstretur: per hoc ꝙ
est aptus natus ridere: ꝛ non per hoc ꝙ est animal ad/
mirantium. Postremo si per posteriora quod prius est
ostendatur. naz demonstratio dz esse ex credibilioribꝰ
ꝛ notioribꝰ: hoꝝ principioꝝ credibilioꝝ ꝛ prioꝝ nihil
est petere qđ ex principio est. naz dđo ex illis dicta est:
demonstrantqz propositū: sed quoniaz hec quidez per
seipsa nata sunt nota eē: illa vero per alia nota eē sunt
nata: nam principia quidem per se: que autem sub prī
cipijs per alia: ꝛ sunt cōclusiones que a principijs ac/
cipiunt lumen sue cognitionis: quando id quod non
est per seipsum notū conatur quis per seipsum mon/
strare: tūc petit qđ ex principio ē. i. conaꝰ qs ꝓpriū p se
ipz mōstrare: qñ idipsum sumit per se: quasi notissimū
sit ꝛ nulla egens ostensionis luce: si id principium est:
aut qđ iam ex principio tam sibi q̄z illi cum quo dispu
tatio cōmunis est notum est: non iniuria id facit: si au/
tem id neqz principium est: neqz ex principio notum:
assumat tamen tanquā notum: neqz aliter q̄z per se id
ostendens: petit id quod ex principio est: non enim
nisi ex principio notum esse potest: nōdum autem ex
principio notum factuz est: sed adhuc in principio re/
linquitur esse cognoscendum: non ab re igitur id pe/
tere quod in principio est: ꝛ quod ex principio est ap/
pellatur: hoc autem dupliciter fit: petitio nāqz princi/
pij fit statim ꝛ non statim. fit statim: quando proponiꝰ
idem re ꝛ ratione ad sui ipsius probationē: quod tamē
natum est non per se: sed per aliud cognosci ꝛ per illđ
probet vel dicat se probare quod est propositū. fit nō
statim quando quis transfert se ad aliqua alia que per
posita monstrari nata sunt: per illa monstrans petit qđ
ex principio est. hoc ergo modo cōtingit petere prin/
cipium transferentes ad alia que sunt antecedētia vel
cōsequentia propositū: ꝛ quādo sumunꝰ talia in illis q̄
nata sunt per illud quod propositum est ostendi poti/
usquā propositum ostendatur per ipsa: ꝛ si conet ꝓpo/
situm ostendere per illa que ostenduntur per ꝓpositū.
Ut si mōstretur. a. per. b. ꝛ. b. per. c. ꝛ. c. natum sit mō/
strari per. a. accidit eos qui ita ratiocinātur ipsum. a. ꝑ
seipsum demonstrare: qđ faciunt quidam qui equidi/
stantes lineas arbitrantur describere ipsos enim latet
ꝙ talia sumant que non possunt demonstrare si linee il
le non sint equidistantes atqz paralelle: sint due linee
a. ꝛ. b. quas propositum sit monstrare esse paralellas:
hoc est equedistantes: cū id sit ignotuz: sumatqz quis/
piam ad id ostendendū. a. ꝛ. b. quātuncūqz in vtrāque
partem protrahanꝰ: nūquam concurrūt ex quo inten/
dat colligere propositū: petit quod ex principio: nam
id nullo pacto cognosci potest ꝙ i vtrāque parte quā/
tūlibet protense nūquam concurrant: eantqz ad cōta/
ctum nisi cognoscatur eas esse paralellas. Infert Ari/
stoteles primū corolariū: quare euenit vt sic ratiocinā
tes dicant vnūquodqz esse si vnūquodqz est: atqz si ita
fuerit: vnūquodqz erit per seipsum notum: quod ē im
possibile. Secūdum corolarium est: fit etiam vt cum
quis non demonstrat propositum: non quicquid pe/
tat ipsum quod in principio est petere sit manifestum:
hoc ideo est ꝙ dictum sit quēpiam quod est in princi/
pio petere quando id quod non est per seipsum notuz
conatur quis per seipsum monstrare: si igitur sit ima/
nifestum. a. inesse. c. ꝛ eque imanifestum. b. inesse. c. ꝛ
quispiam petat. a. inesse. b. nondum manifestum ē id
petendo petere principium: manifestum tamen est si
ita ratiocinabitur: omni. b. inest. a. ꝛ omni. c. inest. b. om/
ni igitur. c. inest. a. ipsum non demōstrare propositū:
non enim omni. c. inest. b. quod eque ignotum est ac
propositum principium demonstrationis esse potest
ad id ostendendum: sed si notum sit. b. ꝛ. c. idem esse:
aut illa conuerti inuicem minime lateat: aut vnum alteri
inesse: ꝛ non demonstretur propositum: sane petit id
quod est in principio: cum quispiam petit. a. inesse. b.
nam. a. inesse. b. per illa monstrari contingit: si conuer
tantur. aliquādo autem hoc scilicet si alterū alteri inest:
ꝛ non conuertantur demonstrationez impedit: sed nō
demōstrādi

demonstrandi modus. si autem demonstrat ⁊ id quoqꝫ quod dictum est efficiet ⁊ convertet per tres terminos. Similiter autem ⁊ si sumat omni.c.inesse.b, eque immanifestum ac omni.c.inesse.a. nondum manifestum est an petit quod in principio: sed manifestum est q non demonstrat propositum: si tamen manifestum sit.a.esse idem.b.aut converti: aut alterum alteri inesse ppter causam dictam: certum est iam petere quod in principio est: nam petere quod ex principio est quid naꝫ esse potest dictum est prius a nobis id esse aliquid per seipsum monstrare cum non per seipsum manifestum est. Tertium corolarium est: si petere quod est ex principio est per se monstrare quod non est per se manifestum: hoc autem est propositum non ostendē quando scilicet eque immanifeste sunt id quod monstratur: ⁊ p quod monstratur: vel eo q eadem eidem vel ideꝫ eidem inesse sumitur: contingit non modo in prima figura: sed in media ⁊ tertia vtroqꝫ modo petere quod est in principio: affirmativo quidem syllogismo in prima ⁊ tertia figura: ⁊ similiter in negativo in prima ⁊ tertia figura quando eadem ab eodem: sed non similiter vtreqꝫ propositiones: similiter autem in negativo syllogismo in secunda figura ob idipsum q sui termini in affirmativos syllogismos conversionem nō admittāt. Tādē ponit drīam inter petere pricipiū in demonstrativis ⁊ dyalecticis: qr in demōstrativis petit pricipiū ꝫm veritatē: in dyalecticis ꝫm opinionē.

Caput decimūoctavum.



Non propter. Presenti capite disserit Aristoteles de vno puro defectu dicto nō propter hoc accidere falsum: est non propter hoc accidere falsum propositio in syllogismo ad impossibile superflua: qua scilicet sublata ⁊ nulla alia loco eius posita ex residuis nihilominus accidit impossibile: ex opposito propter hoc accidere falsum est propositio qua posita accidit īpossibile: sublata autem non amplius. huius autem defectus sunt tres modi. Primus ⁊ manifestissimus est: cum syllogismus ad impossibile ab hypotesi disiunctus fuerit ꝫm terminos quibus mediātibus cōflatus est: vt si quis volens demonstrare falsum: dyametrū esse assimetrū: id tentet ratiōe zenonis efficere: q impossibile sit quam moveri ⁊ spatium pertransiri: ⁊ propositio non propter hoc accidere falsum sit ista: dyameter est assimeter: ⁊ formetur ratio hoc pacto: in quolibet spatio sunt infinita: infinita autem pertransire est impossibile ⁊ est dyameter assimeter: ergo impossibile est aliquod spatiū pertransire: ergo impossibile est aliquid moveri: ergo falsum ē dyametrū eē assimetrū: seqt ergo falsum nō pp hypotesim: nā id falsuꝫ qđ sequit nullo mō ꝯtinuū ē hypotesi q posita ē a principio. Scđs modus est: si īpossibile hypotesi sit cōtinuū sumēdo in inferiori: nō tñ pp hypotesim illā sequat illđ īpossibile: nā impossibile cōtinuū bifariā fieri pōt ⁊ superiori seu predicato: ⁊ inferiori seu subiecto: vt si quis supponat oī b.inesse.a. ⁊ sit.d.sub.c. ⁊ argumētet sic: oē.b.est.a.oē c.ē.b. ⁊ oē.d.ē.c.ergo oē.d.ē.b.id aūt sit īpossibile: id impossibile subiecto hypothesis cōtinuum est ⁊ non sequitur id falsum pp positā hypotesim: nam sublato omni.b.inesse.a. nihilominus manent propositiōes oī c.inesse.b. ⁊ omni.d.inesse.c. ad quas sequitur id impossibile omne.d.esse.b. sint termini noti.a. coloratuꝫ b.album.c.volucris.d.corvus. Tertius modus est: si quis rursum continuet copuletqꝫ impossibile hypotesi sumendo superius: vt sit hypotesis: omne.b.est.a. ⁊.f. sit superius ad.c. sumaturqꝫ omni.a. inesse.c. ⁊ omni c.inesse.f. ⁊ arguatur sic: omne.b. est.a. omne.a. est.c. omne.c.est.f. ergo omne.a.est.f. id autem sit impossibile: hic sumitur hypotesis: omni.b.inest.a. que est nō propter hoc accidere falsum: cui impossibile omne.a. est.f. est coniunctum ex parte predicati. naꝫ hoc pacto sublata hypotesi que a principio posita est: nihilominus erit impossibile. Et propterea ad sumendum id ppter quod accidit falsum: oportet copulare impossibile ad eos terminos qui dicti sunt a principio eius scilicet qđ est non propter hoc: ⁊ id ponere hypotesim. naꝫ sic propter hypotesim erit impossibile: vt qui ad illorum terminorum id quod deorsum est ⁊ subiectum continuuꝫ sumit: continuabit eos ad hypotesiꝫ propter quā accidit falsum predicatum: vt esto hypotesis: omne.c.ē.a. ⁊.d.sit sub.c. si igitur ita argumentetur: omne.c.est.a. ⁊ omne.d.est.c.ergo omne.d.est.a. id autem sit impossibile: hypotesis omne.c.est.a. cui termini eius propositionis que est non propter hoc accidere falsuꝫ copulantur ad predicatum est propter quā accidit falsum. naꝫ si impossibile est omne.d.esse.a. ⁊ sublato omne.c. esse.a. non amplius illud impossibile accidit: id est propter qđ accidit falsum. Si autem ad horum terminoꝝ id quod sursum ⁊ predicatum est sumit impossibile cōtinuum: non propter accidere falsuꝫ continuabitur ad hypoteseos subiectum propter quā accidit falsum: in syllogismo ergo colligente conclusionem falsaꝫ: talis quidem conclusio sequitur propter falsum prius assumptum: ⁊ non propter verum. nam si conclusio est falsa: necesse est alteram premissaruꝫ esse falsam. Verum de hoc defectu tractatur in primo elenchoꝝ in fallacia ꝫm non causam vt causa.

Caput decimūnonum.



Falsa aūt. Tractat Aristoteles p̄senti capite de falsa ratiocinatione. i. de falso syllogismo: hoc est de syllogismo falsum concludente ponens quasdā propositiōes. Prima ē: falsa ratiocinatio fit propter aliqđ falsum prius positum. nam syllogismus simplex est ex duabus propositiōibus: auctus ex pluribus: si ex duab' fuerit. syllogismus falsus: aut alteram premissaꝫ aut ambas falsas esse necesse est. naꝫ ex veris non conficitur syllogismus falsus. si aūt syllogismus fuerit ex pluribus q̄ ex duabus: si ꝯclusio erit falsa: erit ⁊ aliqua premissaꝝ falsa. Secunda propositio: cautele respondentis contra captiosos argumentantes ⁊ insidiantes veritati observari debent vt si respondens ignoret conclusionem quā vult concludere opponens caveat concedere propositiones vno termino cōmunicantes. Item si respondens sciat conclusionem quaꝫ vult inferre opponens debet cavere q non concedat duas propositiones cōmunicātes in vno termino ⁊ dispositas in modo ⁊ figura ex quibus posset inferri illa cōclusio. Tertia ꝑpositio ē: observatōes

argumentantium contra respondentes veritati obluctantes ⁊ pertinaces sunt due. prima est: opponens debet celare conclusionem quam vult inferre contra respondentem. secunda: si opponens habeat plura media: debet incipere a remotiori: quia per hoc magis latet respondentem. ¶ Quarta propositio: elenchus est redargutionis syllogismus: ⁊ quia redarguimus maxime concludendo contradictorium propositi: ideo diffiniri solet elenchus ꝙ sit contradictionis syllogismus: redarguere etiam solemus per contrarium. nam si concludimus contrarium ⁊ propositum falsum esse necesse est: ideo elenchus videtur habere duas species. primam qua syllogismo redarguimus colligendo contradictoriam. secundam: qua redarguimus colligendo concludendoque contrariam.

¶ Caput vigesimum.



Ecidit autem. Agit presenti capite philosophus de fallacia contrarie opinionis. sicut enim contingit falli credendo aliquam premissam esse propter hoc accidere falsum: que tamen non est: ita contingit falli in opinionibus opinando contraria que non credimus opinari: ⁊ accidit hec fallacia circa syllogismum ex oppositis: ex eo ꝙ in syllogismo ex oppositis supponuntur contraria in propositionibus: sic aliquis putaret se simul opinari contraria esse vel non esse: propterea ostendendum est quando quis conuenienter potest opinari contraria ⁊ quando non. accidit enim quandoque secundum opinionem contraria vel opposita accipientem fieri fallaciam: ita ꝙ aliquis putet scientiam ⁊ ignorantiam simul se habere de eodem: ⁊ fallimur in talibus in positione terminorum. Talis ergo fallacia contrarie opinionis committitur dupliciter. vno modo per media inuicem non ordinata. alio modo per media subordinata. sunt autem media eiusdem ordinis que statutis extremis suam seruant naturalem seriem: vt sint extrema: corpus ⁊ homo: media erunt corpus animatum: animal: media non eiusdem ordinis sunt quando naturalis non obseruatur series: sint extrema: corpus: cignus: media: animal: album. ostendit primo quando est fallacia talis in mediis non subordinatis: vt siquis cognoscat substantiam inesse animali ⁊ ignoret eam inesse sensibili: ⁊ tamen sciat ambo scilicet animal ⁊ sensibile inesse alicui: vtputa homini: decipietur tunc quispiam per diuersos syllogismos ad opinandum contrarias propositiones: vt per istum syllogismum: omne animal est substantia: omnis homo est animal: opinabitur istam: omnis homo est substantia: ⁊ per istum syllogismum: nullum sensibile est substantia: omnis homo est sensibilis: opinabitur istam: nullus homo est substantia: que est contraria prime conclusioni: dicit ergo Aristoteles: vt si contingit idem predicatum pluribus principaliter inesse: ⁊ vni inesse lateat aliquem ⁊ arbitretur nulli inesse: alteri autem inesse sciat: illa autem ipsa sciat eidem inesse: tunc sane secundum opinionem decipitur: vt si omni. b. ⁊ omni. c. primum insit. a. ⁊. b. ⁊. c. insint omni. d. si igitur arbitretur quispiam omni. b. inesse. a. ⁊ omne. d. esse. b. ⁊ arbitretur etiam nulli. c. inesse. d. sed. c. omni. d. eiusdem secundum idem habebit ⁊ scientiam ⁊ ignorantiam: scientiam quidem vt ꝙ omne. d. est. a. hoc syllogismo: omne. b. est. a. omne. d. est. b. ergo omne. d. est. a. ignorat autem predictam propositionem hoc syllogismo. nullum. c. est. a. omne. d. est. c. ergo nullum. d. est. a. Rursus fallitur quis sumendo media subordinata: vt siquis sciatꝰ substantiam inesse animali ⁊ ignoret ipsam inesse corpori: dummodo tamen sciat ꝙ corpus ⁊ animal conueniant homini ducetur ad concedendum conclusiones contrarias per diuersos syllogismos: affirmatiuam per istum: omne animal est substantia: omnis homo est animal: ergo omnis homo est substantia: ⁊ negatiuam per istum: nullum corpus est substantia: omnis homo est corpus: ergo nullus homo est substantia. Consequenter ostendit qualiter contingat opinari propositiones syllogismorum inferentium contrarias sine aliquo incommodo: dicens ꝙ duo sunt modi quibꝰ hoc est possibile. Primus est: quando neutrum opinatur in propria forma: sed vtrumque opinatur in suis premissis: siue opinetur eas in vno syllogismo: siue in diuersis. huius rei sunt hec exempla: siquis sciret ꝙ omnis triangulus habet tres: ⁊ esset. c. idem ꝙ triangulus: ignoraret tamen ipsum esse triangulum: sciret ipsum c. in vniuersali habere tres: non autem in propria forma. Item aliquis potest scire omnem mulam esse sterilem: ⁊ insuper hanc esse mulam: putare hanc fetum habere. Unde contrarii modi sciendi hi sunt: scire scientia vniuersali: nescire scientia vniuersali. Item scire scientia particulari: nescire scientia particulari ⁊ propria. scire in actu: nescire in actu: pugnant etiam inuicem: scire in particulari ⁊ nescire in vniuersali. non potest enim fieri vt quis habeat habitum conclusionum: non tenens principiorum habitum. Modi sciendi non contrarii hi sunt: scire scientia vniuersali: nescire scientia particulari ⁊ propria: scire scientia vniuersali: nescire scientia in actu: scire in particulari: nescire in actu: scire scientia in actu: nescire scientia vniuersali: scire scientia in actu: nescire scientia in particulari. scire scientia vniuersali ⁊ scientia propria est scire habitum habendo: scire autem actu: actum habendo: est scientia in actu: vt cum quicquam sensibilium actu sentiendo cognoscimꝰ: quam Aristoteles vocat scientiam secundum actum agere ac operari. hec de his desectibus dicta sufficiant.

¶ Caput vigesimumprimum ⁊ vigesimumsecundum.



Uando autem. Tractat Aristoteles presenti lectione de conuersionibꝰ terminorum ⁊ consequentiis talium conuersionum: vt his mediantibꝰ sciamus reducere argumentationes imperfectas ad syllogismum perfectissimam argumentationem: inducens septem propositiones. ¶ Prima est: quando syllogismi affirmatiui extrema conuertuntur: hoc est de se inuicem vniuersaliter predicantur: ⁊ medium cum vtroque extremo conuerti necesse est: patet his syllogismis: omne. b. a. omne. c. b. ergo omne. c. a. Item: omne. c. b. omne. a. c. ergo omne. a. b. Item: omne. a. est. c. omne. b. a. ergo omne. b. est. c. Syllogismi in terminis notis formentur isti: omne intelligens discursiue est homo: omne risibile est intelligens discursiue: ergo omne risibile est homo. Item: omne risibile est intelligens discursiue: omnis homo est risibilis: ergo. Item: omnis homo est risibilis: omne intelligens discursiue est homo: ergo. ¶ Secunda propositio est negatiue

negatiue idētidem cōuertuntur sed hac lege: si maius
extremuz medio negatiue conuertitur: ⁊ extremū ex/
tremo negatiue cōuertetur: ⁊ si cuz hoc minori extre/
mo mediuz affirmatiue cōuertitur: ⁊ extremuz extre/
mo negatiue: rursum si cum medium minori affirmati
ue: negatiue extremū extremo ⁊ maius quoqz medio
cōuertetur: vt si omne.c.sit.b.⁊ nullum.b.sit.a.ergo
nullum.c.est.a.Dico igit̄ primo: si.b.mediū ꝯuertat̄
cū.a.maiori extremo: ⁊ extremū cū extremo cōuertet̄:
sic formādo syllogismū: oē.c.b.nullum.a.b.ergo nul/
lum.a.c.syllogismi in terminis notis sic formen̄t: nul/
luz intelligēs discursiue est lapis: oē risibile est intelli/
gens discursiue: ergo nullū risibile ē lapis. Itē: oē risi
bile est intelligēs discursiue: nullus lapis est itelligēs
discursiue: ḡ nullus lapis ē risibilis. Dico secūdo: si.b.
mediū ꝯuertit̄ negatiue cū maiori extremo ⁊ affirma/
tiue cū minori extremo ⁊ extremū cū extremo ꝯuertet̄
vt facto syllogismo: nullū.b.est.a.oē.c.est.b.ḡ nullum
c.est.a.si.b.c.recurrūt: ḡ ⁊.a.c.nā si.c.b.cōuertant̄: de
quocūqz d̄r.b.⁊.c.ergo oē.b.est.c.sicut ⁊ oē.c.est.b.si
igitur verum nō est: nullum.a.esse.c.⁊ nō conuertant̄
negatiue.a.c. aliquod.a.est.c.tunc argumentor p ter
tiam figuram: nulluz.a.est.b.aliquod.a.est.c.ergo ali/
quod.c.nō est.b.at positum est oē.c.esse.b.conuertit̄:
ergo extremuz extremo: qḋ ꝓponebat̄. Itē: sint vere:
nullum.a.est.b.⁊ omne.b.est.c.in quas conuertuntur
b.a.⁊.c.b.quia etiam vera erit: oē.c.est.b.nā.c.b.con
uertuntur: ergo p primus monstratū: nullū.a.erit.c.qḋ
iteruz est ꝓpositum. Tertio dico: si.b.c.affirmatiue cō
uertantur: extremū ad extremū negatiue cōuertitur: ⁊
medium ad maius extremuz negatiue conuertet̄: naz
omni.b.inerit.c.⁊ nulli.c.inest.a.⁊ conuertitur: nulli
igitur.a.inest.c.tunc per secūdā figurā: omne.b.est.c.
nullum.a.est.c.ergo nullū.a.est.b.⁊ nulli.b.inerat.a.
conuertit̄ igitur.a.ad.b.⁊ hic tertius modus solum a
cōclusione: ⁊ extremoꝝ cōuersione cepit: alīj vero nō:
sed a medīj ⁊ extremi cōuersione. dissimili mō syllogis
mo affirmatiuo.i.in cōuersione negatiue primi modi
cū mediuz maiori extremo cōuertit̄ ⁊ extremum extre
mo: ⁊ secūdo cuz medium affirmatiue minori: ⁊ extre
mū extremo: sz nō similiter id syllogismo affirmatiuo:
qḋ ostendit̄: vt sit syllogismus: oē.b.est.a. oē.c.est.b.
ergo oē.c.est.a.nō opz si.b.cuz.a.cōuertat̄.c.cuz.a.cō
uerti: nam hec: omne.b.est.a.conuersa sit secūda figu
ra ex solis affirmatiuis: quo mō nullus sit syllogism⁹:
⁊ si.b.conuertat̄ cum.c.fit tertia figura ex qua nō pōt
colligi oē.a.esse.c.sed solū particularis. verūtamen in
affirmatiuo syllogismo: si mediū vtriqz extremo ꝯuer
titur: ⁊ extremū quoqz extremo cōuerti necesse est. In
hoc ergo cōsistit regula prima: in affirmatiuo syllogis/
mo si extrema cōuertant̄ ⁊ mediū cōuertet̄ cum extre/
mis: in syllogismo autem negatiuo si mediuz cōuertit̄
cū extremis ⁊ extrema inter se cōuertuntur. ¶ Tertia
propositio ⁊ secunda regula est talis: si aliqua duo cō/
uertantur inter se: vt genituz ⁊ corruptibile: similiter ⁊
eorum opposita: ingenitum.s.⁊ incorruptibile: efficiū
tur autē duo syllogismi tales: omne ingenitū aut geni
tum est incorruptibile aut corruptibile: quicqd est in/
genitū est aut genitū: ḡ oē est incorruptibile aut corru
ptibile. Itē: si aliqd est incorruptibile ⁊ corruptibile in
genitū est ⁊ genitū: sz nihil est ingenitū ⁊ genitū: ḡ ni/
hil est incorruptibile ⁊ corruptibile. ¶ Quarta ꝓpō ⁊
tertia regula: si sumantur duo opposita ex vna parte:
vt genitū ⁊ igenitū ⁊ alia duo ex alia pte: corruptibile

scilicet ⁊ incorruptibile: tunc si vnū oppositoꝝ ex vna
parte conuertatur cum vno contrariorū ex altera pte:
vt genitum cum corruptibili: conuertetur etiaz inge/
nitum cum incorruptibili. ¶ Quinta ꝓpositio ⁊ quar
ta regula: si aliquid dicatur de duobus vniuersaliter ⁊
de nullis alīјs quin etiam illa dicantur de ipsis: tūc si
illa duo conuertantur inter se: necesse est tertium con/
uerti cum vtroqz: vt si rationale dicatur de omni hoīe
⁊ omni risibili ⁊ de nullis alīјs de quibus non dicant̄
illa: si homo ⁊ risibile conuertantur inter se: ita ⁊ rōna
le. ¶ Sexta propositio ⁊ quinta regula: si aliqua duo
predicata dicantur de eodem subiecto vniuersaliter:
⁊ vnum illorum conuertatur cum tali subiecto: tūc al/
terum predicabitur vniuersaliter de ipso: patet i istis
terminis: risibile: rationale: homo. ¶ Septima ꝓposi
tio ⁊ sexta regula talis ē: si fuerint duo opposita: vt.a.
⁊.b.i.sanitas ⁊ egritudo: quorum vnum sit eligendū:
vt.a.sanitas: ⁊ alterum fugiendum vt.b.egritudo: ⁊
iīdez duo alia opposita.c.d.i.diuitie ⁊ pauptas: quo/
rum vnum sit eligendum vt.d.diuitie: alterum fugiē/
dū vt.c.paupertas: si.a.iūctum cū.c.sit magis eligen
dum q̄z.d.iunctum cum.b.dico.a.magis eligendum
esse q̄z.d.nam simili modo.a.prosequendū: ⁊.b.fugiē
dum: sunt.n.opposita: ⁊ eodem modo.d.prosequen/
dum: ⁊.c.fugiendum: cum sint opposita: si igitur.a.⁊
d.sint eque eligenda: ergo.b.⁊.c.sunt eque fugiēda:
ergo.a.c.⁊.b.d.erunt eque eligenda: aut eque prose
quēda: ⁊ id est contra hypotesim: cum positum ē.a.c.
magis esse deligeuda q̄z.b.d.si autez dicas.d.magis
esse eligendum q̄z.a.⁊.a.minus: ergo ⁊.b.est minus
fugiendum q̄z.c.ergo.b.d.erit magis eligendū q̄z.a.
c.contra hypotesim. Patet ēt in istis terminis: sit.a.
velle ꝯcedere.b.nolle ꝯcedere.d.ꝯcedere.c.nō conce
dere: magis est eligendū velle ꝯcedere ⁊ nō ꝯcedere:
q̄z nolle ꝯcedere ⁊ ꝯcedere. Itē: sit.a.cordi eē vt grati
ficetur.i.velle gratificari.b.nolle gratificari.d.posse
gratificari.c.nō posse gratificari. Diligi quoqz eligibi
lius est q̄z amicabilis congressio: magis igitur amat̄ i
amicitia q̄z in congressione consistit: si autem maxime
in illa ꝯsistit: ⁊ illa amoris finis est: ꝯgrediendum igit̄
aut oīo nō est: aut id amicitie dilectionisqz gratia faciē
dum: hec sexta regula traditur in moribus q regulis
vsib⁹ nō regulant̄: ⁊ intelligit̄ vbi vnū nō ē in altero:
qz bene viuere magis ē eligendū q̄z viuere: ⁊ tñ non
bene viuere nō ē magis fugiendū q̄z nō viuere. Itez:
esse perfecte bonū magis ē eligendū q̄z esse bonum: ⁊
tñ esse imperfecte bonum minus ē fugiendū q̄z nō eē
bonum: at si virtus ⁊ scientia sic se habent ꝙ virtus sit
magis eligenda q̄z scientia: ⁊ vitium magis erit eligē
dum q̄z ignorantia.

¶ Caput vigesimūtertiū.



Uoniam autem.

Tractat p̄senti capitulo de indu/
ctione his propositionibus. Pri
ma est: quecunqz fides per quan/
cunqz argumentatiōez acquisita i
syllogismum reduci potest: nam
quecunqz credimus: omnia aut syllogismo credimus
aut inductione. Syllogismo dico perfecto aut imper/
fecto: ⁊ inductione pfecta aut impfecta. est nanqz enti/
mema syllogismus imperfectus: exemplum inductiō

implectꝰ: vnde habet inductio plus ꝺ forma argumē/
tationis ꝗꝫ rhetorice alie argumentationes. Diffiniꝉ
ergo inductio seu syllogismus inductiuus hoc pacto:
inductio est colligere syllogismo maiorem extremita/
tem de medio per minorem: verbi causa si eorum que
sunt.a.c.medium sit.b.& licet ostendere per.c.a.inesse
b.sic componimus syllogismuꝫ ex inductione: vt esto
a.longeuum.b.autem non biliosuꝫ.c.autem singuluꝫ
quodqꝫ longeuuꝫ: homo: equus: mulus: coruus: cor/
nix. & syllogismus inductiuus sic formabitur: omne id
quod est homo: equus: mulus, & cetera ē longeuū: om
ne id quod est homo: equus: mulus est non biliosum:
ergo omne animal non biliosum est longeuū: hunc syl
logismum probat Aristoteles per quintam regulā su/
perius adductam: & sic patet in in tertia figura cōclu/
di potest conclusio vniuersalis: & id nosse oportet me/
dium debere esse compositū ex omnibus singularibꝰ:
nam per singula omnia inductio esset. Contra: si indu
ctio esset per omnia singularia: tunc peteret principiū.
Preterea tūc inductio ꝯcluderet de necessitate ꝯ vete
res expositores: q volūt ꝙ īductio bñ ꝓbat: cū sit argu
mētū: non tamē ꝯcludit de necessitate. Solutio est: po
test inductio petere principiū: quando antecedens nō
est magis notū cōsequente: interdum non petit: colli
git de necessitate si sumanꝉ omnia singularia explicite
vel implicite. ¶ Secunda propositio est: syllogismus
qui est ex inductione est prime & īmediate propositio/
nis: nam propositionuꝫ mediatarum est syllogismus ꝑ
mediuꝫ: īmediatarū aūt inductio est. ¶ Tertia propo
sitio: inductio quodāmodo syllogismo qui per mediū
est aduersatur: nam is syllogismus primuꝫ de tertio ꝑ
medium ostendit: inductio vero primū de medio per
tertium: ergo syllogismus natura euidentior est: indu
ctio vero nobis: naꝫ inductio per singularia procedēs
quo ad nos clarior est: ergo & suus syllogismus q per
eadem singularia: non autem per medium procedit:
dicitur autem medium quod naturalē subiciendi pre/
dicandiqꝫ ordinē respicit: vt datis terminis: aīal: hō:
fortes: hō est naturaliter medius.

¶ Caput vigesimūquartū.



Xemplum autēꝫ.
Agit non de exemplo his docu/
mentis. Primuꝫ est: exemplū est
quando primū medio inesse mon
stratur per id quod est simile ter/
tio: opꝫ aūt euidentiꝰ esse & mediū
tertio & primū illi simili inesse: vt
sit.a.maluꝫ: primꝰ terminus.b.aūt cōterminis inferre
bellū: mediꝰ.c.atheniēses thebanis: tertius terminꝰ.
d.vero.thebanos ꝯ phocenses sit simile tertio: si ꝗ vo/
lumus ostēdere syllogismo atheniēses thebanis infer
re bellū malū eē: qꝺ est ostēdere primū de tertio ꝓmu/
tus exēplo sumēdū est ꝯterminis inferre bellū malum
eē: primū de medio ꝑ side tertio: vt hꝰ pacto. thebanos
phocēsibꝰ inferre bellū malū est: ꝗ ꝯterminis iferre bel
lū malū ē: nā huiꝰ ꝯterminis inferre bellū malū eē ex
similibꝰ fides est. ¶ Scḋꝫ documentū tale ē: ex ꝑdictꝫ
exēplis hꝰ pacto formare syllogismū opꝫ: oīs ꝯterminis
iferre bellū malū ē: atheniēses āt thebanis ē ꝯterminis
inferre bellum: igitur atheniēses thebanis iferre bel/
luꝫ malū est. ¶ Tertiū documētū: ē exemplū argumē
tatio cuius antecedens nō se habet vt ꝯsequēs vt ps
ad totum: nec vt totum ad partem sed vt pars ad par
tem: hec est causa ꝙ dicitur: exemplum est quādo vnū
particulare probatur per aliud propter aliquod simi/
le in ipsis repertum: quo fit vt exemplum differat ab
inductione: nam inductio ex singulis omnibꝰ primuꝫ
monstrabat inesse medio & extremi ad extremū nō co/
pulabat syllogismū: exemplū aūt & extremuꝫ extremo
copulat & nō ex oībꝰ manifestat ac ostendit.

¶ Caput vigesimūquintū.



Eductio autem.
Differt de deductione que non
est species argumentationis di/
stincta a syllogismo: potest.n.fie/
ri deductio in omni figura & op/
ponitur per aliquem modum in/
ductioni: quia ipsa habet mediuꝫ
magis notum ſm naturam conclusione & ꝓpinquius
scientie ꝗꝫ inductio: & non est vsus deductionis in arti
bus: cuius quidem sunt duo modi. Primus est: cū pri
mum medio inesse manifestum fuerit: medium autem
postremo immanifestum quideꝫ sed eque aut magis cre
dibile conclusione: nō potest.n.maior esse dubia: quia
sic nulla fieret deductio ad scientie vicinitatem. Secū
dus modus est: deductio secundo modo est cum me/
dium de postremo paucioribus mediis ostenditur ꝗꝫ
primum de postremo: nam omnino accidit mediū po
stremo inesse: proximius esse scientie: vt sit.a.docibile
b.disciplina.c.iustitia: hec ꝓpositio est manifesta: om/
nis disciplina est docibilis: sed hec: omnis iustitia est
disciplina: dubia est: licet aliqui concesserint illā: si er/
go sit aut magis credibile sit.b.c.i.oīs iustitia ē disci
plina.a.c.i.hac.oīs iustitia ē docibilis: hec rōcinatio:
oīs scia doceri ꝑt: iustitia ē scia: ꝗ iustitia doceri pōt: ē
ꝺductio ſꝫ ꝓmū modū: nā viciniꝰ ē vt sciāt.b.inesse.c.ꝑ
qꝺ assumēdo efficiāt.a.inesse.c.hi q eiꝰ rei nōdū sciētiā
habēt. Itē: si pauciora sint media.b.inesse.c.ꝺductio ē:
nā & sic viciniꝰ ē vt sciat qs: vt.si.d.sit q̈drari.e.rectili
neū.f.circulus.g.lūnares figure: si eiꝰ qꝺ ē.e.equari.f.
vnū solū sit mediū: sciłꝫ cū sinuatꝫ lunaribusqꝫ figuris
equalē fieri circulū rectilineo: ꝓpinquus vtiqꝫ fuerit vt
sciat.e.f.ꝗꝫ.d.f.& ē deductio secūdo mō: formeꝉ autē
sic syllogismus: oē equale recte linee pōt q̈drari & cir/
culus ē equalis recte linee: ꝗ circulus pōt q̈drari: hic
minor nō reqrit nisi vnū mediuꝫ ad sui ꝓbationē: sciłꝫ
ꝙ linea q̄ ē quarta ps circuli sit equalis recte linee q̄ ē
quarta ps quadrati: ſꝫ ad ꝓbationē ꝯclusiōis requirunꝉ
plura media. Uerū qñ neqꝫ credibilius fuerit.b.c.ꝗꝫ
a.c.neqꝫ pauciora media fuerint ñ voco deductionē:
si sit etiam minor propositio imediata non erit dedu/
ctio: sed demonstratio.

¶ Caput vigesimūsextū.



Astantia est. Proseq/
tur Ari/
stoteles de instantia seu instanti/
uo syllogismo qui obiectio solet
dici: est enim instantia proposi/
tio opposita propositioni respon
dentis cōtrarie vel ꝯtradictorie:
& dum

⁊ dum a propositione cui aduersatur: nam instātia po/
test esse propositio vniuersalis aut particularis: ꝓpoſi
tionē aūt aut oīo non contingit esse particularē vt in
demonstratiua: aut nō in vlībus syllogismis: vn̄ instā
tia est particularis ad aliquā vlēm premissam. propō
autem ꝯ quam fertur instantia in vlībus syllogismis
nunq̄ȝ potest esse particularis: nam vlīs syllogismus
non efficit nisi ex vlībus ꝓpōnibꝰ: in syllogismis pti/
cularibꝰ ꝓpō pōt ē pticular]: cuiꝰ istātia necessario erit
vniuersalis. quādoqȝ.n. obicimus ad particularem er
go ⁊ instamꝰ. Fertur ergo instantia vlr ⁊ pticulariter
⁊ per duas figuras: nam instantie aduersantes ferunt
propositionū: opposita autē in solis prima figura ⁊ ter/
tia perficiuntur: nam quando quid a quopiam postu/
latur omni inesse: instamus aut vniuersali negatiuo ꝑ
primam figurā: aut particulari negatiuo per tertiam:
ratio autem ꝙ in solis prima ⁊ tertia figura opposita
perficiuntur est: quia vniuersales affirmatiue ⁊ vniuer
sales negatiue statim ⁊ imediate cōcludūtur ꝑ primā
figurā: pticulares āt affirmatiue ⁊ negatiue ꝑ tertiā ꝑꝑ
syllogismū expositoriū qui potissimū fit in tertia fi/
gura: in secunda autem figura nulle enunciationes ꝑfi
ciuntur: ꝙ neqȝ de omni ⁊ de nullo: neqȝ expositio lo/
cum in ea ad quippiam perficiendū habeant vllum:
instantia autē q̄ȝ fieri potest manifestissima ratiocina/
tione colligi debȝ: quo fit vt iure sola prima aut tertia
figura omnis perfici debeat instantia: maxime cū he
argumenādi forme clare manifesteqȝ sint. Exemplis
hec declarātur: sit propositio vniuersalis affirmatiua:
omniū cōtrariorū vna est disciplina: instatur per pri/
mam figuram hoc pacto: nullorum oppositorum est
eadem disciplina: sed omnia contraria sunt opposita:
ergo nullorum contrariorum est eadem disciplina: at
si sumatur contradictoria pro instantia fit syllogismus
in tertia figura hoc modo: horum noti ⁊ ignoti nō est
vna disciplina: notum ⁊ ignotum sunt contraria: ergo
aliquorum contrariorum non est vna disciplina. Si/
militer si vniuersalis negatiua sit propositio: fertur in/
stantia contra ipsam ꝑ primū modum prime figure: ⁊
instantia particularis rite ⁊ cōmode perficit ꝑ tertiam
figurā: hec de instantia.

Caput vigesimūseptimū.



Chos autem. Pre/
sens ca
put est d̄ ichote.i. ꝯsentaneo: signo
⁊ entimemate. Ichos ⁊ signū nō
idem sunt: verum ichos est ꝓpoſi
tio probabilis per extrinseca ⁊ cō/
muniter in re suēta de re coniiciēs
⁊ enuntians: qd̄ enim aliqui sciūt
scientia estimationis vt in pluribus sic factum esse vel
non factum esse in preterito: aut esse aut non esse in
presenti hoc est ichos vocatum: vt homines odio ha/
bere inuidentes: aut diligere amantes. Signum au/
tem intelligi volumus propositionem demonstrati/
uam necessariā vel probabilem: nam id quo existente
vel quo facto prius: est res: vel quo facto posteriꝰ fuit
res: hoc signū est rem ipsā vel fuisse vel esse: vel quo/
niam erit: sunt autem quedam signa que simul cum re
sunt: quedam prius fiunt: quedam re sunt posteriora.
Diffinitur entimema ꝙ est syllogismus ex ichotibus
in secunda ⁊ tertia figura: ⁊ ex signis in prima: sumit
autem signum tripliciter: sicut ⁊ mediū in figuris: vt
si signo ostendatur mulierem grauidam esse per id qd̄
ē lac hēe: sit prima figura hoc pacto: omnis mulier ha
bens lac peperit: hec mulier habet lac ⁊ presertim in
bona quantitate ergo peperit. Et ꝙ sapiens sit studio
sus: si sumitur signum: quia pithacus ē studiosus: id si
gnum est tertie figure: sic arguendo: pithacus est sapi
ens ⁊ est studiosus: ergo sapiens est studiosus. In se/
cunda autem figura fit entimema sumendo signū qd̄
est plus: sicut est medium in secunda figura: iste.n. syl/
logismus: quecūqȝ peperit est pallida: hec est pallida:
ergo peperit: presuppōit tale entimema: pallida ergo
peperit: vnde ex signo conuertibili fit entimema i pri
ma figura: ex inferiori in tertia: ex transcendente in se
cunda: si in antecedente inuenitur subiectum conclu/
sionis: tunc ibi deficit maior: si predicatum: minor. In
prima figura entimema est indissolubile: in tertia exi/
stit dissolubile: in secunda si sit affirmatiuū nihil colli
git: nam nihil prohibet ibi esse syllogismū negatiuū
talem verbi causa: quecūqȝ habent pulmonē respirāt:
pisces non respirant: ergo nō habent pulmones: sup
ponentem hoc entimema: non respirant ergo nō ha/
bent pulmones: vnde vocatur entimema solubile qd̄
non habet necessitatem illationis: indissolubile qd̄ hȝ
necessitatem illationis. In secūda figura si arguat ex
puris affirmatiuis illud entimema solubile est: si ex al
tera negatiua ⁊ altera affirmatiua ⁊ sint ꝓpositiōes ve
re: illud indissolubile est: entimema tertie figure inter
dum solubile est: cū ex particularibus puris syllogisti
ce nihil sequat: quia etiā a particulari ad determinatū
suppositū nō tenet consequentia.

Caput vigesimūoctauū.



Aturas autem.
Tractat postremo de syllogismo
physionomico q ex signis rerūqȝ
indicijs sumitur: quo quidem na/
turas coniectamus: ⁊ primo po/
nit duas suppositiones. Pria ē r
naturas rerum cognoscere ē pos/
sibile: si quis concedat naturales affectus ⁊ passiones
simul corpus ⁊ animam transmutare: vt sunt ire ⁊ con
cupiscentie naturalium perturbationum. Secūda ē: si
aliqua passio insit alicui subiecto vlr ⁊ ꝯsiderāmꝰ agno
scere propriū signum illius: opus est considerare cui
speciei vniuersaliter non consentiat talis passio: sȝ ali
quibus indiuiduis sic ⁊ aliquibus nō: ⁊ videre qd se/
quitur illam passionē in illo subiecto cui inest: qr illud
debet poni signum illius passionis: vt fortitudo ⁊ au
dacia ꝯspicitur in oibus leonibus: ⁊ in qbusdā hoībꝰ
⁊ in qbusdā non: ideo si habere maximas sūmitates ⁊
partes supiores sequat hoiē forte: tunc illud indiciū
erit fortitudinis: cū positū sit vnius vnum eē signum.
Deinde introducit vnam questionem: si tota species
duos affectus proprios sibi vendicet: vt leo fortis est
⁊ magnificus: cōmunicatiuus prede leōculis ⁊ leene:
quo modo cognoscemus illoꝝ signorum que proprie
affectum comitant: vtrum vtrius erit. Solutio: si sint
due passiones vnius subiecti: ad cognitionē signi viuꝰ
videndum est in quo reperiatur vna passio ⁊ non alia
⁊ qd̄ signū ꝯsequat eā in illo subiecto: quia illud debet
poni signū eius in illo subiecto cui ambe insunt: sicut

leoni insunt due passiones: fortitudo ⁊ liberalitas. Si ergo velimus cognoscere que sunt signa illarum debemus aspicere ad subiecta in quibus ille passiones diuisim reperiuntur. concludendum est ergo naturas rerũ syllogismo physonomico cognosci posse in prima figura supponendo mediuz conuerti cum maiori extremo: sicut esse animosum: ⁊ habens magnas prominẽtias: conuertuntur: mediuz autem se habet in plus q̃z minus extremuz: maioris enim ambitus est esse animosum q̃z esse leonem: ⁊ formetur iste syllogism⁹: omnis leo habet magnas prominentias: omne habens magnas prominentias est animosum: ergo omnis leo est animosus. Hec sunt que cursim circa libros priorꝫ dicta sint: quia festino ad libros posteriorum in quib⁹ maxima preclarissima igenia vestra exercere desidero subtilissimis ⁊ profundissimis speculationibus. Ueruz cum de syllogismo physonomico hic tractatum sit: vt vobis rem gratam ⁊ perutilem faciam: cras de signis naturas hominuz indicantibus nõ despiciendis pertractare institui.

Digressio.

Homo q̃ sit subiectus celo certissimuz est quo ad sanitatem ⁊ egritudinem ⁊ operationes sensitiuas: intellectio ⁊ volitio subiciuntur celo indirecte propter colligantiam intellectus cum viribus sensitiuis: inclinat itaqꝫ celum ⁊ nõ cogit: sapiẽs enim dominabitur astris: quare quibusdã documẽtis signa quedã subiciã que ex varijs auctoribus collegi: que quidem si ad bonum inclinabũt: ratio poterit amplius perficere: si autem ad malum: recta ratio poterit emẽdare ⁊ ad oppositũ inflectere: iccirco in brutis certiores coniecture hñtur q̃z in hoibus: q̃ supra sensuales affectus potẽtiaz moderatricẽ nõ habeãt.

Sit ḡ primũ documẽtũ tale. Corp⁹ inueniꝫ pparuũ: pergrande: mediũ: incõmensuratuz: cõmensuratũ reperiũtur ⁊ homines leues carne: duri ⁊ molles. Sunt homines pparui ſm Aristotelem pstãtes ingenij acumine: prompti in aprehendendo ⁊ cognoscendo: ⁊ h̃ quantuz est ex ipsa quãtitate corporis absoluta ⁊ quãtum est ratione spatij in quo est: naz ratione cõplexionis naturalis posset esse oppositũ: nã in illis sanguis arterialis ⁊ spiritus ⁊ calor naturalis statim ⁊ velociter a corde prouenĩũt ad cerebrũ ⁊ ad virtutes cognoscitiuas: sꝫ ergo dictas corporis dispõnes sunt alij tardi: quidã fortes: nõnulli hebetes: aliqd obliuiosi.

Secundum documentuz sit tale. Forma capitis optima est sicut pila leuiter cõpressa ab vtroqꝫ latere: hñs eminentiam anteriorem ⁊ posteriorez: ⁊ vbi sunt tempora sit aliquid planitiei. Caput minutulũ ⁊ in paruitate superfluum necessario est maluz: denotatur enim ibi cerebrũ esse paruuz ⁊ similiter craneuz. Caput magnũ proportionatũ corpori ⁊ precipue collo: ita q̃ collum sit forte ⁊ mediocriter grossum cum fortibus neruis ⁊ grossis laudatur. Caput magnum non proportionatum indiciuz est fatuitatis. Capita pineata: cacumina taqꝫ ad moduz pinee sunt prorsus detestanda. Hoies hñtes caput spericũ reperiunꝫ iportuni: auari: iuidi: ⁊ parue discretõis. Caput mediocre ⁊ ad oia mẽsuratuz ingenio denotat excellentem: perspicacem: ⁊ liberalẽ: ⁊ sepenumero timidus reperitur. Diuersitas quoqꝫ capillorum indicat non paruam morum diuersitatem ſm q̃ capilli existunt plani: erecti: crispi: densi: albi: subalbi: rubei: citrini: nigri: cani: flaui: longi.

Tertium documentum sit tale: frons reperitur parua ⁊ angusta: magna: rotunda: quadrata: oblõga: tensa: tranquilla: seuera: demissa: eleuata: contracta seu nebulosa. Parua frõs ostendit indocilitatez: magna tarditatem: rotunda iracundiam. Frõs quadrata laudaꝫ cũ debita quãtitate in longitudine ⁊ latitudine. Frõs tensa indicat homines adulatores: trãquilla mites: seuera audaces: demissa tristes: eleuata liberales: nebulosa crudelem ⁊ homicidam. Supercilia inueniuntur coniuncta: diuulsa: multũ pilosa: densa: rara ⁊ mẽsurate magnitudinis: longa: directa: lineata: ⁊ plixa: curuata ⁊ arcuata. cõmendantur supercilia rara ⁊ mensurate magnitudinis: cetera vituperantur pro maiori parte.

Quartum documentuz sit tale: aures parue malignitatem denotant: nimium rotunde indocilem arguunt: oblonge inuidum indicant. aures latentes ⁊ capite recto modo fixe pigritiam ostendũt. optime sunt aures moderate: qui habet auriculas magnas ẽ multum fatuus: hoc excepto q̃ est bone inuentiõis ⁊ memorie ⁊ longeuus.

Quintum documentũ sit tale: oculi septem tunicis ⁊ tribus humoribus confecti alij sunt nigri: qdã subalbidi: aliqui existunt glauci. Habẽtes oculos grossos sunt timidi: ⁊ pusillanimes: inuerecundi: loquaces ⁊ stolidi: non multum vident habentes oculos eminentes ⁊ iudicantur fatui: oculus pfundus est boni ⁊ acuti visus. Cuius oculi mouentur velociter ⁊ visus ei⁹ est acutus ⁊ talis homo est fraudolentus latro ⁊ ifidelis. Oculi pparui indicant pusillanimitatẽ: permagni tarditatem. Mediocres signum sunt bone dispositionis. Si fuerint oculi positi in corporis lõgitudine demonstrant hominez deceptorẽ ⁊ fraudatorẽ. Iste ergo varietates oculorum: vt q̃ oculi sint parui: magni: cõcaui: eminentes: subnigri: subrubescentes: cesii: flauẽtes: lucentes: discolores: indicia sunt manifesta diuersitatum in moribus.

Sextum documentum sit tale: nasus longus ad os protensus significat probitatez ⁊ audaciaz: mores pessimos indicant nares magne ⁊ ample. Nasus aqlinus magnanimitatis est nota. Simus luxurie ⁊ impetuositatis: ⁊ pusillanimitatis. Nasus acut⁹ ⁊ subtilis hominem ostendit iracũdũ. Cõstat ergo has esse nasi varietates: aquilinus: simus: acutus: patens ⁊ apertus: rotundus ⁊ obtusus.

Septimuz documentũ: facies plana carens tumorositate significat litigiosuz: discolũ: iniuriosum ⁊ inuidum: est. n. facies tota figura hominis ⁊ vniuscuiusqꝫ psone cognitio: vultus vero dictus ẽ: eo q̃ p eũ volũtas ostenditur animi: ſm volũtatẽ. n. mutaꝫ in varios motus. facies carnosa indiciũ ẽ luxurie ⁊ timiditatis: macilẽta sollicitudinis: magna tarditatis. Qui habet gracilẽ faciẽ ẽ circunspectus in opibus suis ⁊ subtilis intellectus. Qui habet oblongã faciem ẽ iniuriosus: grossa facies cuz maxillaz grossitie grossam ⁊ hebetẽ denunciat naturã. Sũt igiꝫ he cõditiones faciei: vt sit pnigra: palba: fusca: flaua: rufa: rubea: flãmea.

Octauũ documentũ: mẽtũ plixũ habẽtes sunt iracũdi: asperi ⁊ crudeles: q paruũ ⁊ breue mentũ habẽt simites ⁊ inuidi existũt. ⁊ si mentũ ad gulaz porrexerit sub quo sit copia carnis luxuriosuz maximuz attestaꝫ. Utili⁹ mẽtũ ẽ ɔmẽsuratũ ſm aliquã sui ptẽ ad quadraturã accedẽs. Itẽ si longe plixũ descendat ad mentuz dolis assuetã mentẽ ostendit. Mentũ acutuz ⁊ subtile

carne

carne nudatum significat hominem audacem ⁊ dedignosum. Curuuz significat rudes ingenio ⁊ pessimos in moribus: principalia membra indicant magis: cuz dent materie magnitudinem ⁊ paruitatem a principio generationis. Insuper spissitudo barbe ⁊ vniuersaliter magna pilositas caloris ⁊ humoris substátialis ⁊ naturalis vigoris est indicium. detestandi sunt habétes barbam rubram: cum sint luxuriosi: deceptores: mendaces ⁊ precipuum cumulum vitiorum. barba bene ordinata ⁊ composita indicat hominem bone nature ⁊ rationalis conditionis.

¶ Nonum documentum: qui habet latum os est bellicosus ⁊ audax ⁊ gulosus: ⁊ cum vltra mensuram os dilatatur ac si recisum existat ⁊ deductum veracem ⁊ imitem impium bellicosumq; significat: belluis marinis comparatum. Cuius oris fuerit parua clausura ⁊ apertio significat hominem pacificum timidum ⁊ nó fidelem. Item labra subtilia mollia denotát magnanimuz: subtilia dura magnanimum: grossa fatuum. Rursus quibuscunq; canini dentes longi sunt ⁊ firmi ⁊ pr(o)pe ad exteriora se exponentes gulosum malum atq; irascibilem designant: canibus vel apris comparatuz: Cuius debiles sunt dentes: rari: ⁊ minuti: eius totuz corpus est debile: ⁊ sunt breuis vite. Dentes grossi ⁊ lati siue declinent foris siue intus significant hominez vanum lasciuum simplicem ⁊ ingenuum bouinum attestant. Amplius lingua subtilis longa rubra laudat: lingua grossa ⁊ lata ⁊ alba vituperat. Preterea: vox fortis denotat hoiez iniuriosum: grauis in acutú finiés timidum querulosum: grauis moderata forté: mollis sine intensione mansuetum: acuta fortis iracundum: varie igitur sunt vocis diuersitates diuersa denotantes. Vlterius: collum grossum: inuenitur longum: gracile: carnosum: perbreue: moderatum.

¶ Decimum documentum: in manibus sunt multe diuersitates: sm q(uod) digiti sunt copulati: curti ⁊ crassi. Vngues lati albi subrussi inueniútur ⁊ angusti: oblongi: obliqui: exigui. Item pectus ⁊ venter varia indicant sm q(uod) sunt cum pilo vel sine pilo: ⁊ sm q(uod) pectus est amplum ⁊ compactum. Vmbilicus longus vituperatur: equalis laudatur. Pecten si sit osseus acutus significat hominez forté: si carnosus pinguis mollé. Coxe neruose indicant fortem; carnose effeminatuz. Crura reperiuntur neruosa grossa: neruosa subtilia: grossa informia. Item ex pedibus sm q(uod) sunt stricti: parui: recti: neruosi: ex cauillis: anchis: motibus ⁊ ambulationibus indicia multa perquiruntur: he de signis physionomicis in generali dicta sufficiant.

¶ Vndecimum documentuz sit tale: chyromantia est tanq; ramus physionomie. Manus enim habet tres partes: prima dicitur rasseta: secunda vocatur palma: tertia vero est pars quinq; digitorum: quorum primus dicitur pollex cuius est mons seu tuberculus veneris: index est secundus cuius est tuberculus iouis: mons digiti medij est saturni: digiti ánularis est tuberculus solis: auricularis est mons mercurij. In manu reperiútur quattuor linee vniuersales naturales. Prima dicitur linea vite cordis: seu cardiaca sm quam iudicatur longitudo vel breuitas vite: potest enim illa linea esse longa: lata p(ro)funda: bene colorata: stricta: subtilis: pallida: rubea: tortuosa. Secunda vocatur media naturalis: eo q(uod) per mediam manum extendatur: vel dicitur viuifica vel linea prosperitatis vel sinistra trianguli ⁊ ista sumit principiú ab ortu prime linee vite inter pollicem ⁊ indicé: que quidem linea videt cerebro: ⁊ varia portendit sm q(uod) est recta: longa: curta: giratiua tortuosa: discontinua: continua: profunda. Tertia linea dicit basis trianguli seu linea epatis que iungitur p(re)dictis lineis: ⁊ ista linea quádoq; app(ar)et: interdú nó tota apparet: spatiú interceptú iter noiatas tres lineas vocat triangulus: hec tertia linea potest reperiri lóga: profunda: lata decenter: continua: bene colorata: discontinua: pallida: male colorata: ex triangulo his lineis cóstituto ⁊ eius angulis sup(re)mo: dextero: sinistro multa indicia solent sumi. Quarta linea dicitur mensalis eo q(uod) mensam palme constituit ex vna parte: vel nominatur moralis quia mores ostendit: ⁊ circuit hec linea tres digitos: auricularez: annularez ⁊ mediuz: ex qua multa accipiuntur signa sm q(uod) est continua: longa: lata: profunda: grossa: subtilis: rubea: his quattuor lineis principalibus multe coniunguntur: dicte illaruz sorores. Merito tuberculoruz dictorum cognoscitur de cuius planete natura existat. Qui sunt de natura saturni habent multas lineas plusq; alibi. De ioue sunt q(ui) habent lineas in radice indicis pulchras: ⁊ hoc itelligitur quando tuberculus est tumidus: clarus: nitidus ⁊ latitudinales lineas habuerit: Illi sunt d(e) natura martis qui habent lineam vite ⁊ mediam naturalem coniunctas quo ad vniformitatez colorum. Qui habuerit solem in bono loco in sua natiuitate habet lineas subtiles in radice digiti solis plusq; alibi. Qui habent venerem habent tres lineas que vadunt versus digituz iouis ⁊ ex alia parte terminantur cum radice digiti veneris. Qui habent mercuriuz male applicatuz ad alias planetas sunt pessimorum moruz: qui bene: bonarum existunt conditionum. Lunatici pro nihilo habétur. Inuenio ergo multos pronosticádi modos quorum primus ⁊ supremus est astronomia ⁊ astrologia. Secundus est geomantia per punctuationem. Tertius est physionomia. Quartus est chyromátia. Quintus est pyromantia que fit cum pila cerea proiecta in ignem congruum ⁊ sue forme transmutatione ab oriente ⁊ occidente. Sextus modus est spatulamantia. Septimus hydromantia q(ue) fit supra aquam. Octauus est aeremantia. i. quidaz effectus aerei per quos affertur scientibus iudicium. Nonus est necromantia: que fit inuocatione vmbrarum ⁊ demonuz. Decimus modus sunt auguria: que animalium fiunt obuiatione: aut garritu seu volatu auiú. Vndecimus modus sunt somnia antecedentia. Duodecimus est litteramantia. Ad presidia ergo syllogismi physionomici tantilla satis sint: sequenti lectione librum posteriorum tantum a vobis concupitum deo fauente auspicabor.

Finis priorum.

astronomia
geomantia
phisonomia
chiromantia
piromantia
spatulamantia
hidromantia
aeremantia
necromantia
sompnia
litteramantia

C Tiberij Bacilerij Bononiensis Lectura in primū librum Posteriorum analecticorum Arist. ⁊ Auer. quam quidem ordinauit magister Michael Parasaccus de Pontremulo Artiū ⁊ Medicine candidatus.

C Caput primum.



Omnis doctrina ⁊ oīs disciplina ītellectiua ex p̄existenti fit cognitione. Manifestū ē āt hoc speculantib⁹ in oēs. mathematice.n. sciarum p hūc modū fiūt: ⁊ aliarū vnaq̄q3 artiū. Simil͛r aūt ⁊ circa orōnes q̄ p syllogismos ⁊ que p inductionē. Utreq3 eīz p prius nota faciūt doctrinā. he qdē accipiētes tāq̄ā a notis: ille v̄o demōstrātes vl'e p id q̄d est manifestū singulare. Simil͛r aūt ⁊ rhetorice psuadent. aut enim p exempla q̄d est inductio: aut per enthimema quod quidem est syllogismus.

C Quia syllogismus in cōmuni contrahebatur p differentias formales ad syllogismos prime: secunde ⁊ tertie figure: per differentias autem naturales descendebat in syllogismum demonstratiuum ⁊ dyalecticum: iccirco posteaquam superiori volumine de syllogismo in cōmuni tractatum fuit; necnon ⁊ de syllogismis trium figurarū/ p̄senti libro de demonstratiōe differendum est: cuius beneficio in nobis aggeneratur assensus scientificus: exigebat nāq3 conclusio cui assentiebatur assensu scientifico: vt premisse ex quibus deducebatur existerent prime: vere: īmediate: priores: notiores: causeq3 conclusionis: hec est libri intentio. Inscribebatur autem presens volumen hoc mō: īcipit liber posteriorū analecticorz. i. posteriorū resolutionū. Uel q2 est d̄ demōstratōe: que est posterior syllogismo simpliciter: resolutio.n. tantum valet quantum syllogismus: ⁊ huic libro non erat aliud nomen impositum: sed bene erat nomen peculiare libro de syllogismo dyalectico: nomen aūt cōe plurib⁹ remanet illi cui nō ē nomē īpositum: prio topicorz capite. 3. Uel iō sic intitulat: q2 hic agit de resolutōe ɔsequētis: que ē posterior resolutōe cōsequētie: de qua qdez tractat in libro priorū. Uel sic dr̄ q2 in maiori pte hic Aristoteles determinat de forma: vbi aūt loquit d̄ materia: illa po inuentiua nominat: auctore Boetio in principio topicorum Ciceronis. Uerū de his diximus diffuse primo priorū: patet etiam ordo huius libri ad alios: naz īmediate sequitur libros priorū ⁊ antecedit librū topicorum ⁊ elenchorū. Quod itaq3 facit difficultatem in proposito est: nūquid demonstratio habeat rationem subiecti scibilis: pars affirmatiua solet approbari: naz p diffinitionē demōstratiōis pāt de demōstratōe pbari pprietates ⁊ passiōes: ergo demōstratio ē subiectuz scibile. Itē ad iterrogationē factā p quid ē d̄rō: eōuenīēter rñdemus q2 ē syllogism⁹ ig̃ syllogism⁹ cū nō sit spēs d̄ronis: erit gen⁹ illi⁹ ig̃ demōstratio erit subiectū scibile. Pars v̄o negatiua ita cōuincit: syllogism⁹ trahitur ad demōstrationez p differentiam mālem: ergo demonstratio nō est species syllogismi. Solutio ē: est iste terminus demonstratio subiectū intelligibile respectu p̄dicatorz primi modi: scibile merito p̄dicatorz secūdi modi: ⁊ licet syllogismus contrahaf ad demonstrationem per differentiā se tenentē ex parte premissaruz que sunt materia syllogismi: quia tamen premisse que stant sub demonstratione nō possunt stare sub syllogismo dyalectico: iccirco non se habet iste terminus syllogismus ad demonstrationē ⁊ syllogismū dyalecticum: veluti hoc nomen homo ad hoc q̄d dico homo albus: homo niger: quare hec ppositio: hō albus est hō: non potuit esse per se: nec necessaria: at ista: demōstratio ē syllogismus ⁊ necessaria ⁊ per se palam existit: vnde p̄misse ordinate in modo ⁊ figura sunt syllogism⁹: si sint prime: vere: īmediate: priores: notiores: causeq3 sunt demonstratio: si pbabiles fundant hanc intentionem syllogismus dyalecticus. his ergo explicatis tēpus est vt ad expositionez textus Ari. deueniamus.

Partitur primus liber posteriorz mea ɔsuetudine in capitula. 29.

C Sententia primi stat in tribus documētis. Primū sit tale: supponens Aristoteles scire esse: ⁊ demonstrationē esse: moduz inducit ⁊ viam qua scimus ⁊ addiscimus: soluēs antiquorz obiectōes in hoc primo caplo. nullus.n. artificis officiū est stabilire suū subiectuz esse syllogismo cathegorico: neq3 a priori: neq3 a posteriori. modus aūt quo hō scit ⁊ addiscit hac ppōne explicatur: oīs doctrina ⁊ oīs disciplina intellectiua ex p̄existēte fit cognitōe: cuius clarissimus sensus talis existit: notitia cuiuscūq3 cōclusionis: cuiusuis argumenti cuiuslibet facultatis ex antecedente pendet p̄missarū cognitione. Series ergo verboruz Ari. talis est: oīs doctrina: oīsq3 disciplina intellectiua ex p̄cedente oritur cognitione. Dicit Auerrois: oīs doctrina ⁊ oīs disciplina pducta est qdem per scientiā p̄cedentez disciplinato: ⁊ si non: nō esset possibile ei: vt doceat aliqd. ⁊ ratio est: nam omne potentia ens precedit actu ens in eo in quo fit. 2. de aīa. 55. 56. est quippiā sciens: quatenus capax est discipline: ⁊ cum exit de potētia remota ⁊ essentiali vere docet ⁊ disciplinat: non autē vere alteratur: neq3 vere patitur: vnde aduertendum est: alteratio est duplex: spiritualis scilicet ⁊ corporalis: spirituali qn̄q3 abolet ignorantia succedente doctrina: sepe ad ɔsiderationē reuocamur nihil amittēdo: ⁊ tūc pprie nō dicimur alterari: alteratio nāq3 spūalis pfectiua ppria est qn̄ mutamur ex oīo ad opatōez: ⁊ ex ignorātia ad sciētiaz: cōcedenda ē ⁊ alteratio spūalis ipfectiua qua scilz scia obliuiscit aut depdit: enumerant aūt. 2. d̄ aīa. 57. tres modi qbus hō adipiscit aliquā facultatez: ⁊ sunt: disciplinatio que respicit sciaz acq̄sitā p inuentōez: doctrinatio que ē respectu notitie a doctore extrīseco acquisite: ⁊ rememoratio que est respectu notitie iterate postq̄ā oblita fuerit: ergo poterit q̄spiā p seipsuz discere q̄d nescit: doceri aūt nō nisi altero tradente: ⁊ cū qs discat ⁊ altero tradēte ⁊ p se: inferat oēm doctrinā disciplinā appellari posse: nō aūt oēm disciplinā doctrinā. Uerz cū ɔiugatio cōmittat siue supius inferiori: siue inferius supiori aiponaf ⁊ p̄sertim mediante copula: ly ⁊ in pn̄ti ppōne tenebit expositiue ⁊ erit sensus: oīs doctrina. i. oīs disciplina ītellectiua ex p̄existēte fit cognitione. Sz querent iuniores nūqd disciplina dicat d̄ solis ɔclusionib⁹. ⁊ videt q2 nō: naz formato hoc syllogismo: oīs triāgulus hz tres duob⁹ equales: iste q est in semicirculo ē triāgulus: ergo iste q ē in semicirculo hz tres duob⁹ equales. d̄ minori ppōne dicit Aristoteles

quorũdaʒ.n.hoc mõ disciplina est. Item: nihil phibet vt maiorẽ ppõnem ⁊ minorẽ interduʒ discamus p nos ipsos: interduʒ altero tradente: ergo pmissaruʒ notitie doctrine disciplineqʒ dici poterũt. Solutio ẽ: cuʒ dixit Aristoteles parũ infra: quorũdam hoc modo disciplia est: intendebat ponere differentiaʒ inter cognoscere ⁊ discere: vt patebat ibi: pro nũc dico qꝫ propriyssime loquendo conclusionũ sunt cognitões que dicuntur doctrine ⁊ discipline: ⁊ si pmisse doceant: habent tunc rationem conclusionũ. nihil eniʒ aliud volebat Aristoteles per istam ppositionẽ: ois doctrina ⁊ ois disciplina intellectiua ex preexistenti fit cognitione: nisi qꝫ non poterat quispiaʒ assentire alicui cõclusioni si prius notitia premissarũ nõ pcesserit: ⁊ hoc est qđ dicit Lynconiensis: scientia principioꝝ nõ est acqsita per doctrinam: qꝛ nõ docemur: neqʒ addiscimus nisi illud qđ cum primo concipimus est nobis dubiuʒ vel apparet falsiʒ ⁊ post dubitationẽ vel contrariã opinionẽ manifestat̃ nobis eius veritas: nec soluʒ illud voco doctrinam qđ ab ore doctoris audimus sed scripturã etiã quã loco doctoris accipio: ⁊ vt verius dicamus: nec qui exteriꝰ sonat: docet: nec littera scripture exterius visa docet sʒ soluʒ mouent hec duo ⁊ excitant mentẽ: sed verus doctor ẽ qui mentẽ interius ⁊ intellectũ illuminat ⁊ veritatem ostendit: ⁊ vt reor: est intellectus agens.

Propositio itaqʒ pposita manifesta ẽ speculantibus in oẽs facultates: mathematice.n. scientiarũ prime ob certissimũ quẽ seruant pcedendi moduʒ p huc moduʒ fiunt: ⁊ reliquarũ artiũ vnaqueqʒ. Dicit Auerrois: hec enũciatio apparet ⁊ veritas p inductionẽ: qđ est: scientiaruʒ doctrinaliuʒ.i. mathematicarũ insigni apertoqʒ modo pcedentiũ ⁊ qđ similat̃ ei qđ est ex rebus speculatiuis: cũ pscrutat̃ res apparet qꝫ scientia cõprehensa ex doctrina preceptoris erit qdem ex sciẽtia pcedẽte discipulo: noie ergo artis intellexit Aristoteles sciẽtias: doctrinas disciplinasqʒ alias a mathematicis. Ubi obseruanduʒ est: qnqʒ sunt habitus intellectuales qbus hõ non mentit̃: sciẽtia: intellectus: sapiẽtia: prudẽtia: ⁊ ars: sciẽtia vt cõtra distiguit̃ cõtra artẽ partit̃ in speculatiuã ⁊ practicã: sciẽtia practica: alia est factiua: alia actiua: propterea sciẽtia practica factiua nõ est ars: sciẽtia practica actiua nõ est prudentia. naʒ prudẽtia ⁊ arte quis cõsentit ppositionibus cõtingentibꝰ: quantis sciẽtia ppositionibus necessarijs.

Item: apparet ⁊ veritas predicte ppositionis circa oratões.i. sermones ⁊ disceptationes ⁊ que p syllogismos ⁊ que p inductionẽ pcedunt. Dixit aũt p syllogismos in plurali ⁊ p inductionẽ in singulari ad denotandum qꝫ vna ppositio vniuersalis pluribꝰ modis syllogizari põt: ⁊ tñ vno modo iduci. Utreqʒ.n. oratões ⁊ syllogistice ⁊ inductiue p prius nota efficiũt doctrinã: he qdẽ.i. syllogistice sunt accipiẽtes ppõnes vt a notis incipientes ⁊ sunt ppões quas cões hñt q disserunt: quasqʒ ɔfitent̃ ⁊ approbant. ille vero.i. inductiue sunt demonstrãtes vniuersale.i. inferẽtes ppõneʒ vniuersaleʒ p id qđ manifestũ est singulare: notitia ergo cõclusionis deducte ⁊ p syllogismũ ⁊ p inductiõeʒ pẽdet ex ãtecedente pmissarũ cognitõe. Asserunt aũt vniuersale posse induci p tam cognitũ singulare denotans ad inductionẽ demõstratiuã vnã tantũ singularẽ sufficere nõ ad topicã inductõeʒ. Idcirco notandũ est: qꝫ inductio demõstratiua accipit ⁊ cõcludit vlem ppõneʒ: que põt esse premissa in demonstratõe: inductõe topica colligit̃ ppositio que pmissa syllogismi dyalectici fieri põt: inductõe sophistica inferunt̃ premisse syllogismi sophystici: quare inductõe demõstratiua nõ ẽ iducẽda ppositio vniuersalis p oia singularia sʒ p vnũ aut per plura: ⁊ quidã egent multis: alij paucis fm qꝫ sunt boni exercitatiqʒ ingenij.

Preterea: eodem quoqʒ modo ⁊ rhetorice persuadent: aut per exempla: quod scilicet persuadere per exẽpla tantum valet apud oratorẽ quãtũ suadere p inductionem apud logicum: aut per entimemata: quod quidem persuadere per entimemata est veluti persuadere p syllogismũ apud logicũ. Entimemata quoqʒ plura sine additõe aliqua vere syllogismũ cõstituũt: ex multis aũt exẽplis nũqʒ format̃ inductio nisi addatur solita particula ⁊ sic de singulis: ⁊ ideo dictũ est in textu: per entimemata qđ vere est syllogismus: ⁊ p exẽpla qđ est inductio. Dicit Auer. ⁊ silr q scit aliqđ p viã exempli ⁊ sufficiẽtie.i. entimematis: primo celi 22. ratio demõstratiua cui sensus attestatur dicitur sufficientia ⁊ certissime fidei.

Dupliciter aũt necessariũ ẽ pcognoscere. Alia nãqʒ qꝛ sunt prius opinari necesse est: alia vero quid ẽ qđ dicit̃ itelligere oʒ. Quedam aũt vtraqʒ: vt qꝛ oẽ qđ est aut affirmare aut negare: verũ est qꝛ ẽ. Triangulũ autẽ quoniã hoc quid significat: sʒ vnitatẽ vtraqʒ quid signat ⁊ qꝛ ẽ. non eniʒ similiter horum vnũquodqʒ manifestũ nobis est.

Secundum autem documentum sit tale: Cum officium demonstrationis nullum aliud sit nisi patefacere quia est passionis: preter huiusmodi quia est passionis: cetera que in demõstratione competunt̃: precognoscenda esse oportet. Inueniũtur aũt qnqʒ in demonstratiõe: qꝛ ẽ premissarũ: qꝛ ẽ subiecti: qꝛ ẽ passiõis: qđ subiecti: ⁊ qđ passiõis: quoꝝ qnqʒ quattuor pcognoscũtur. Series ãt verboꝝ Aristotelis talis est: dupliciter necessariũ ẽ pcognoscere.i. duo sunt pcognoscẽdi modi: necesse ẽ nãqʒ opinari alia pcognita prius quia sunt: quedã qđ nomẽ significet pintelligere oportet: alia pcognoscunt̃ vtraqʒ specie pcognitõis: Un illa ppositio: de quolibet ente dĩ affirmatio vel negatio: pcognoscit̃ qꝛ ẽ.i. qꝫ ẽ vera: ⁊ attulit Aristoteles exẽplũ de prima dignitate: ⁊ vteret̃ ppositõibꝰ vlibꝰ ad oẽs facultates. Triangulũ aũt qꝫ hoc suo noie designat: ⁊ p triangulũ intelligit primã passionẽ geometrie: ẽ.n. hoc primũ geometrie theorema: supra oẽm datam lineam est triãgulus equilaterus: sed vnitatẽ opʒ precognoscere vtraqʒ specie pcognitõis ⁊ qđ significat ⁊ qđ qꝛ ẽ: ⁊ exẽplũ subiecti sint vnitas que pprium est arithmetice subiectũ: hec eniʒ tria: dignitas: passio ⁊ subiectũ: qꝛ nõ silr cognoscũt̃: et eodẽ mõ nõ pcognoscũtur. Dicit Lynconiẽsis: duplex ẽ pcognitõis via a simplicioribus in cõposita ⁊ hãc reor eẽ viã syllogisticam: ⁊ a cõpositis ad simpliciora: ⁊ hec via ẽ iductiua hic p modũ diuisiõis: posteriꝰ loco suo dicent̃ hec duo qđ ⁊ qꝛ p modũ verificatõis.i. distincte.

nia hec vnuz sunt numeri: longitudines: tē/
pora: firma: ⁊ spē differētia: seorsum abinui/
cē accepta sunt nūc autē vniuersale monstra
tur: non enim smꝙ linee: nec sm ꝙ tempora
aut sm ꝙ numeri inerat: sed sm ꝙ hoc ē qd
vniuersale ponunt esse. Propter hoc neqz
si aliquis monstraret vnūquēqz triangulu3
dmonstratione aut vna: aut altera: qd duos
rectos habet vnūquēqz isochelem seorsum
⁊ scalenō id est gradatum nondum cogno/
uit triangulu3: quia duos habet rectos: nisi
sophistico modo: neqz vniuersale trianguli:
neqz si nullus ē preter hoc triāgulus alter:
neqz.n.sm ꝙ triangulus est cognouit neqz
omnem triangulum sed sm numerum: sm
speciem autem non omnem: ⁊ si nullus est
quem non nouit.

¶ Intendit hac in parte Aristoteles explanare mo/
dum quo falluntur credentes conclusionē nō vniuer/
salem esse vniuersalē: ⁊ hec pars non ē de substātia hu
ius scientie: ⁊ oritur in primis defectus circa illam cō
ditionem que ē dici de primo. Latet itaqz interdū di/
uersitas inter vniuersale ⁊ singulare: quando vniuersa
le actu non est cōmunius q̄z suuz inferius: veluti si iso
cheles de numero triangulorū tantum reperiretur exi
stimaret aliquis habere tres isocheli primo conueni/
re: nascitur ⁊ defectus cum subiectū alicuius passiōis
est inominatuz: patet exemplo huius passionis cōmu
tabiliter proportionari attribute numeris: lineis: cor/
poribus: temporibus. est ⁊ idem error vt docet Lyn
conensis cum subiectū est notum sed ambiguum sup
qd pōt erigi demonstratio: aliter ens non esset subie/
ctum methaphysice: siquis.n.passiones primo analo/

go competentes de primo analogato demonstraret: palam est q ipse erraret: neq aliquis sciret triangulū habere tres: etiam si super omnem triangulum sigillatim formaret demonstrationem. Oritur & error quando differentia qua species abundat a genere est occulta: sicut equidistare putabitur accidere primo duabus lineis rectis: cum tamen conveniat lineis equidistantibus. Series autem verborum Aristotelis talis est: id nequaquam latere oportet: sepenumero errorē fieri & non esse universale primum: quemadmodū universale primum demonstrari videtur. oberramus autem decipimur & allucinamur hac deceptione trifariā.

Prio cū pter singulare aut singlaria nullū est superi⁹ qđ sumēdū occurrat: dixit aūt preter singulare aut singularia propter speciem reservatā in uno individuo: veluti sunt: luna: sol: mundus: aut propter genus conservatum in una specie habente plura individua: licet veteres non ponant illam particulam vel singularia. Advertendum est: plurificatio mundi ē impossibilis sm materiam: & est possibilis sm formā: totam enim materiam alicuius forme esse comprehēsam sub. A. forma est causa quare tantum est unum individuum sub illa forma: hanc sententiam habet Cōmentator primo capite de substantia orbis: mundus & celum totam eorum materiam comprehendunt & incorruptibilia sunt: est autem possibilis celi multitudo non sm esse quod habet forma celi in re: sed sm eē forme in intellectu simpliciter & absolute sumpte: nā repugnat etiam pluralitas forme in intellectu abstracte a materia. i. forma inquantū forma cōmunicabilis est: quatenus tamen habet idem esse in re & in anima & ut est universalis per essentiam sibi repugnat cōmunicari: forme enim multiplicabiles sunt universales in predicando non in essendo: & cum sint multe species que non faciunt ad ornamentum universi. .de anima .35. individua illarum non omni tempore conservabuntur: neq ita multiplicabantur: veluti individua specierū facientium ad decorem universi: si enim omnes species facerent ad esse & decorem universi: oporteret omniū specierum individua quasi equaliter multiplicari: quare cum melius sit habere unum individuum perfectum q̄ multa imperfecta: mundus erit perfectus & tantum unus.

Secundo decipimur cum: superius quidē est sed inominatum & nomine careat in differētibus specie rebus. i. altera decipuli causa est: cum species multe differētesq ratione una conveniunt: sed illud in quo conveniunt inominatum ē.

Tertio erramus cū id totū ð quo monstrat vl'e ut pars existat: eis. n. q̄ sunt in pte. i. in partibus inest quidem & accōmodatur demonstratio & de omni erit: attamen non huius erit primi universalis demonstratio. i. non erit demonstratio de eo de quo demonstrari intendit universale. dico aūt demōstrationem huius primi sm q huius: cum ea demonstratio primi sit universalis: debet. n. demonstrari predicatum quod insit subiecto non ratiōe alterius subiecti. Tertia ergo erroris causa est: cuī is qui aliquid inesse omni demonstrat: credit se id inesse universaliter demonstrasse: verbigratia si quispiā demonstrabit q recte due linee non intercidant & non concurrant: inter quas ex eadē pte sint duo anguli recti ex linea recta secante illas: videri poterit eē demōstratio vl'is: q̄ sic est in omnibus huiusmodi rectis lineis: nō aūt est: cū non fiat demōstratio universalis: quia duo sunt recti: sed fit demonstratio universalis inquantum linee sunt: quarū cum has quidē alia intercidat: duo ex eadem parte interiores anguli sunt quocūq mō duob⁹ rectis equales: ostēdat ergo geometra: si linea recta q̄ super duas alias lineas rectas ceciderit: rectū utrūq intrinsecus angulum faciat duas illas rectas lineas nunquā coniunctū iri: hoc omnibus lineis ɔvenit que rectos angulos faciant: non tamen per hoc primum equedistantes sunt. nam si non utrūq facerēt rectū: sed duos: qui simul iuncti equales duobus rectis essent: nihilominus equidistantes probantur: illa ergo demonstratio que confirmat duas rectas lineas nunq̄ coniunctū iri: quia linea eas incidens relinquit ex eadē parte duos angulos quocūq modo duob⁹ rectis equales: primū & universaliter concepta est: illa vero que utrūq angulum cōmitti rectum demonstrat: non universaliter sed de omni duntaxat concludit. Unde advertendum: ab Euclide ponuntur iste propositiones. Equidistātes linee sunt que in eadē superficie collocate atq in alterutram partē protracte non conveniunt etiam si in infinitum protrahantur. Item: si linea recta super duas lineas rectas ceciderit: duoq anguli ex una pte duobus rectis angulis minores fuerint: istas duas lineas in eandem partem protractas proculdubio coniunctū iri. at si ceciderit linea recta super duas rectas lineas & ex eadem parte fuerint duo anguli recti: vel duo anguli equipollentes duobus rectis: ille recte linee nunq̄ coniungentur. hec ergo propositio: linee recte ex incidente linea duos ex eadem parte intraneos angulos rectos habentes sunt non concurrentes: nō est universalis: quāvis id omnibus huiusmodi rectis lineis conveniat. nam & si anguli illi recti non essent: dummodo duobus rectis simul equipollerent: nunquam concurrerent: sed hec universalis est propositio: linee que ex incidente altera duos ex eadem parte intrinsecos angulos quocunq modo duobus rectis equales habētes sunt non concurrentes: quare si quis ostendit primā: existimans universale primum monstrare: errat tertio modo: quod id parti tribuat: qđ toti tribuendū est.

Amplius si nullus alius esset triangulus q̄ isocheles: videri posset: habē tres duobus rectis equales isocheli quatenus isocheli cōpetere: & primo errore deciperemur. erat autē prima erroris causa: ut Themistius ait: cum id de quo aliqđ demonstramus: singulare & individuū est: ut sol: luna: mundus. nam cum nihil sit his superius aut cōmune: sed mera individua sint: tantū unus est sol: & luna una: & una tellus & celum unum: quotiens de his demonstrationem aliquā nectimus: ut de terra q in meditullio orbis sit locata: aut de celo q circumagatur: tunc id quod universale est demonstrasse non videmur: an est qui nesciat de his ut singularia & particularia sunt demonstrationem componi non posse. non enim de sole ut unus est demonstramus deliquium eius lune interventu contingere: sed ita ut etiam si multi soles essent idem probasse demonstrasseq videremur. Item cum solem probamus maiorem terra: non. tn. eo q unus ē: sed in eo q sol probamus: & necesse est demonstrationem non ad hunc solem referri: sed ad omnem solem: si plures illucescerent mundo: quare cum de singularibus ratiocinationes aliquē astringuntur admonendi sumus nō de singularibus sed de universali qđ mente concipitur astrectum & demonstratū intelligi.

Rursus: nascebat̃ scd̃s error: cũ subiectũ alicu ius passionis erat inoĩatũ: p3 exẽplo hui⁹ passiõis: cõmutabilr ꝓportiõari attribute numeris: lineis: corporibus: temporibus. si ergo proportionale qd̃ est cõmutabiliter. i. si cõmutata ꝓportio que ẽ quattuor: quãtitatũ eadẽ primi ad scd̃m ⁊ tertij ad quartũ ratio: ⁊ colligit̃ ex eo eadẽ rõ primi ad tertiũ ⁊ secũdi ad quartũ: monstraret̃ inesse numeris fm ꝙ numeri: ⁊ lineis fm ꝙ lineę: ⁊ corporib⁹ fm ꝙ corpora: ⁊ temporibus fm ꝙ tempora: deciperemur scd̃o errore. nã differunt quidẽ specie: numerus: linea: magnitudo: tempus: sed in hoc cõueniunt ꝙ sicut quattuor cõparabiles numeri cõmutatis vicibus eisdẽ ꝓportionibus respondent: ita lineę quattuor: magnitudines quattuor: ⁊ tẽpora quattuor. porro de singulis demõstratio seorsum fieri solet: q2 eis cõe nomen nõ h3: neq3 natura aliqua supior est numero: magnitudini: tempori: de qua possit illa vl̃is affectio demonstrari: ⁊ est qdem generaliter verum: vt quecũq3 ita cõparabilia sunt cõmutato ordine eisdem ꝓportionibus cõgruant: q2 vero nomẽ aliqd̃ eius rei cõe ⁊ certũ afferre nõ est: soluitur demõstratio vna in multas: atq3 ita de singulis demõstratum vl̃iter videt̃: qd̃ tamẽ aliter est. nã nec numerus vt numerus: neq3 magnitudo vt magnitudo: neq3 tempus in eo ꝙ tẽpus: in illas d̃ones sufficiũt: nũc aũt vl̃e mõstrari põt: quatenus numeri: lineę: magnitudo: tẽpus sunt id cõe ⁊ vl̃e: qd̃ supponit̃: tam ⁊ si sit inominatũ: ⁊ ꝓpter eandẽ cãm siqs vnũquẽq3 triangulum eũ inquã qui ex oĩbus equalib⁹ laterib⁹ ⁊ eum qui ex vniuersis inequalib⁹ cõstat: ⁊ item eũ qui duoꝝ est equaliũ laterũ aut vna aut altera ⁊ altera demonstratõe tres equales duobus rectis ostenderit: nõdũ is profecto cognouit triangulũ tres duob⁹ rectis equos hẽe: nisi sophystico more: neq3 de triangulo id vl̃iter pcipit. i. nõ cognoscit triãgulũ hẽe tres demõstratõe vl̃i: tam ⁊ si nullus alter preter dictos habeat̃ triãgulus: non. n. id istis vt trianguli sunt: nec oĩ triangulo rõne forme sed numeri inesse cognouit: ⁊ si nullus sit triãgulus quem ipse non sciat equales duobus rectis hẽe: his cõstat sepenumero fieri vt qui demõstrant demonstrare non credant: ⁊ ecõtra vt qui nõ demonstrant demonstrare se putant. Notandũ ad cõmutatã ꝓportionẽ quattuor terminos reqri: que ⁊ superficiebus ⁊ motibus aptari põt qb⁹ illa passio fm ꝙ talia cõpetere videtur: nõ tamẽ competit. subiectũ aũt primũ illius passionis si esset noĩatum ab arithmetico cõsideraret̃: alie scientie vtunt̃ cõmutata ꝓportione: cuius qdem passionis subiectũ erit minus cõe ꝙ̃ quãtitas: qd̃ poterit noĩe cõplexo vocari: numeri inuicem habẽtes ꝓportiones equales. Iterũ: non pñt esse plures errãdi cause. nam si fuerit subiectum primũ alicuius passionis vniuersale noĩatum: vniuocũ: reptum in oĩbus in quibus est aptum natum reperiri: cuius differentie diuisiue sunt manifeste quibus abundãt inferiora eius ab ipso: tunc non est causa occultans vniuersitatem vniuersalis ad suũ inferius: nec est causa ꝓp quã debeat credi ꝙ passio que cõuenit vniuersali prio conueniat primo suo inferiori.

Quando igitur non nouit vniuersaliter? ⁊ quando nouit simpliciter? manifestum est ꝙ si idem esse inerat triangulo ⁊ isocheli: aut vnicuiq3 triangulo: aut omnibus. si vero non idem est esse alterum est: sed scd̃m qd̃ est isocheles non nouit. Utrum autẽ id competat fm ꝙ triangulus: aut fm quod est isocheles: ⁊ quando secũdum hoc est primum ⁊ vniuersale ⁊ cuius est demonstratio? manifestum est quoniam remoto insit primũ: vt isochele ⁊ eneo remoto insunt duo recti sed non remota figura aut termino sed non primis. i. non propter illas. Cuius ergo primi? si itaq3 trianguli primo est: ⁊ fm hoc inest ⁊ alijs: ⁊ huius vniuersaliter ⁊ demonstratio.

Docet Aristoteles vitare errores p̃dictos ponens regulã ad cognoscendum quando vniuersale est bene assignatum: ⁊ ordo littere est talis: qua lege cognoscimus cui subiecto predicatum primo inest: ⁊ cui primo non inest. Respondet philosophus: manifestum esse ꝙ si idem esset esse triangulo ⁊ isocheli: veluti vestimẽto ⁊ tunicę: is qui isochelem duos rectos habere ostẽderet: vniuersalem affectionem nouisset: ⁊ quicquid d̃ vno ⁊ altero primo demonstrabitur: si vero non sit idẽ esse triangulo ⁊ isocheli: nullus habere duos rectos de isochele vt isocheles cognouit: cum itaq3 nõ sit idẽ esse triangulo ⁊ isocheli: ⁊ vt vtriq3 idem predicatum conueniat: quo modo dignoscemus cui primo attribuatur: ⁊ cuius tãquam subiecti est demonstratio. videndum quo illorum posito ponatur passio: ⁊ quo remoto remoueatur: istis tribus: figure: triangulo: isocheli inest habere tres: que ponitur posito triãgulo: ⁊ remouetur ipso remoto: quare triangulus primũ erit subiectum talis passionis.

Auerrois ait: si esset possibile ꝙ triangulus permaneret ⁊ auferretur figura: non tolleretur predicatum quod est equalitas angulorum duobus rectis: sed si maneat figura ⁊ dematur triangulus: statim duo recti demuntur: triangulo itaq3 seruato seruatur talis passio: perempto perimit̃. Insuper notandum: cognoscitur aliquod esse accidens cõmune: quando non repugnat subiecto stare sub opposito illius accidentis: quando repugnat subiecto inueniri sub opposito accidentis: illud accidens nuncupatur proprium. Item: aduertendum: hec propositio: triangulo ⁊ isocheli non est idem esse: vera est hoc fundamento: disperata respectu alicuius tertij possunt eẽ compossibilia: vt lapis ⁊ homo respectu huius quod est esse album: superius ⁊ inferius in relatione ad vnũ tertium inueniuntur dissolubilia ⁊ incompossibilia: veluti homo ⁊ animal respectu huius secunde intentionis genus. In summa ergo presenti capitulo ostense sunt iste tres propositiones. Prima est: vniuersale posterioristicum est propria passio respectu proprij ⁊ adequati subiecti. Secunda est: fieri potest vt qui demonstrant demonstrare non credant: ⁊ qui non demõstrãt demonstrare se putent. Tertia: vniuersale per hoc constat: vt seruato subiecto: seruetur: ⁊ perempto perimatur: tale nãq3 predicatum vniuersale competit formaliter subiecto ⁊ ceteris per illud vel fz illud vel ratione illius.

Digressio.

Contra approbatas propositiones non pretermittantur nonulle latinorum difficultates

cultates. In primo: multa sunt vniuersalia quibus nõ competit dici de omni: per se ⁊ ſm ipsum. Item: punctus ⁊ rectitudo ⁊ longitudo non cõpetunt linee ſm ꝙ linea: nã pũctus ꝯuenit linee ꝑ aliud subiectũ. i. per esse principiũ quãtitatis cõtinue: cõstat aũt eẽ principium quãtitatis cõtinue nõ eẽ lineã. Aliqua quoqꝫ ẽ linea non recta: ergo rectitudo nõ est vl'e linee: ⁊ longitudo cõsentit superficiei ⁊ corpori quorũ neutrũ sub linea cõprehẽdit̃ ⁊ cõtinet̃: ergo longitudo nõ ẽ vl'e linee. Amplius: aĩal rõnale cõpetit hõi de oi per se ⁊ ſꝫ ipsuꝫ: ⁊ tñ nõ ẽ vl'e: cũ nõ sit ꝓpria passio hoĩs. Rursus: ꝑnomiate ꝑticule seinuicẽ includũt: ergo diffinitio vl'is est nugatoria. Solutio est: dico primo: multis quidẽ vl'ib⁹ nõ cõcedit̃ dici de oi: per se ⁊ ſm ipm: vt de vl'i tractat̃ in ceteris dyalectice partib⁹: at cũ demõstrator nullum hẽat prorsus aliud officiũ nisi exponẽ ꝙ est passionis: iccirco vl'e posterioristicũ: tũc est cũ in quolibet ⁊ primo demõstrat̃. Dico ſcõo: iste ꝑticule dici de oi: ꝑ se ⁊ ſm ipm nõ sunt cõpleta diffinitio vl'is: ꝓpterea lꝫ longitudo ⁊ rectitudo cõpetant linee ſm ꝙ linea: nõ tamẽ sunt vl'ia illi⁹. Uerũ putãtes latini tres illas cõditiões totã vl'is diffinitionẽ interrogare: asserunt punctũ non inesse linee per aliud subiectũ: cum linea nõ sit puncti subiectũ inhesiõis: neqꝫ ꝑdicatiõis: inesse. n. ꝑ aliõ subiectũ ꝑsupponit ãbo illa esse subiecta. Et ꝑ rectitudinẽ itellexit Aristoteles passionẽ illã simplicẽ que ꝑ hoc disiũctũ rectum vel curuũ designari solet: vel rectitudo. i. aptitudo ad eẽ rectũ cõpetit oĩ linee: linea. n. curua est apta nata esse recta. Insuꝑ longitudo nõ est passio vl'is: linea: cũ non cõpetat superficiei ⁊ corpori nisi quatenus includunt lineam: veluti ⁊ diuisibilitas nõ cõuenit tempori ⁊ motui nisi ratiõe magnitudinis: vnde linea ⁊ quãtitas cõtinua mutuo se inferunt: sicut numerus ⁊ numerus binarius. Dico tertio: diffinitio subiecti non est vniuersale: licet dicatur de omni per se ⁊ ſm ipsum: quia non in quolibet ⁊ primo demonstratur. Et ille particule sunt posite vel ad maiorem expressionem: vel posterior infert quidez priorem eam non includendo: vel dixit de omni ad differentiam vniuersalis topici: per se ad differentiaz subiecti in conclusione negatiue demonstrationis: ſm ipsum ad remouendum subiecta particularium demonstrationum.

Preterea videtur ꝙ istius passionis: proportionabiliter cõmutari nullum sit assignandum subiectum primum de quo demonstretur: nam si sic: posset vnus determiat⁹ artifex ostendere huiusmodi passionem de numeris: lineis: corporibus ⁊ temporibus. est nanqꝫ preceptum vniuersale: eiusdem artificis officium est ostendere passionem de subiecto adequato ⁊ partibus subiectiuis illius subiecti: falsum autem est quod deducitur: nam cõmutata proportio a geometra in lineis: superficiebus ⁊ solidis contemplatur: ab arithmetico in numeris: ab astronomo in temporibus ⁊ motibus: naturaliqꝫ philosopho. Item: propono hanc consequentiam: pręfata passio: diuersis demonstrationibus ostenditur de prenominatis subiectis: ergo medium est nominatũ: ergo subiectum illis cõmune: tale enim subiectuꝫ nõ est cõmunius quãtitate: si sit tante communitatis: erit notum: similiter si erit minoris ambitus: naꝫ erit vel cõtinuũ vel discretũ. Solutio est: dico primo: modus arguẽdi a commutata proportione qui tenet tantum in quãtitatib⁹ ⁊ in his que designant̃ per quantitatem multis varijsqꝫ modis cõmitti cõsueuit: veluti cuꝫ dicim⁹: sicut. a. ad. b. ita. c. ad. d. ergo sicut. b. ad. a. ita. d. ad. c. Item: ergo sicut. a. ad. c. ita. b. ad. d. Rursus sicut se habent inter se. a. ⁊. b. ⁊. c. ita ⁊. d. e. f. ergo sicut a. ad. c. ita. d. ad. f. ⁊ dicit̃ iste modus arguendi equa ꝓportionalitas. coniuncta proportiõalitate sic arguim⁹: sicut. a. ad. b. ita. c. ad. d. ꝗ sicut. a. b. ad. b. ita. c. d. ad. d. disiuncta ṽo sic dicimus: sicut. a. b. ad. b. ita. c. d. ad. d ergo sicut. a. ad. b. ita. c. ad. d. Euersa proportionalitate sic argumẽtamur: sicut. a. ad. b. ita. c. ad. d. ergo sicut d. c. ad. c. ita. b. a. ad. a. Quare dicunt moderni ꝙ queadmodum proportio ⁊ proportionalitas ad arithmeticum principaliter pertinent: ita ⁊ cõmutata proportio. docet enim Arithmeticus proportionaliter cõmutari: quo postea vtũtur alie scientie: neqꝫ opꝫ Arithmeticum demonstrare predictaꝫ passionem de lineis: corporibus: temporib⁹: cum nõ sint hec partes subiectiue illius inoiati subiecti. Alij putant lineas: corpora: tempora: motus prout numerabilia sunt ⁊ proportionabilia ab arithmetico considerari. Dico secundo: põt supradicta passio de supradictis subiectis demonstrari ꝑ causam passionis: hoc modo: omnia numerabilia habentia similitudinem proportionũ sunt cõmutatim ꝓportiõabilia: linee: corpora: tempora sunt huiusmodi: ergo: ⁊ ab expositoribus tale inominatum subiectum ita explicatur: numeri habentes inuicem ꝓportiones equales.

Postremo: cum dictum sit id esse primum subiectum alicuius passionis quo posito omni alio circũscripto per possibile vel impossibile talis passio ponit̃: ⁊ quo non posito omni alio posito talis passio non ponitur: dubitatur nunquid inueniatur aliqua passio eiusdem rationis in specie differentibus absqꝫ subiecto primo ⁊ adequato. Pars affirmatiua tenenda est: nam cõmunicabilitas plurib⁹ differẽtibus numero est passio que competit plurib⁹ alterius rationis: cui subiectum primuꝫ nõ correspõdet. Item: respectu huius passionis: esse vel non esse nullum potest assignari primuꝫ subiectum. id. n. nõ est singulare alicuius determinati generis: neqꝫ est aliquod decem generum: cum eadem ratione reperiat̃ in omni genere: id quoqꝫ nõ est ens reale. nam ens rõnis fundat predicatum primi principij. Ens inquantum ens similiter non cõuertitur cum hoc predicato ens vel nõ ens: quoniam priuationes ⁊ negationes fundant primum principium: vt tenebra vel est alba vel nõ albaꝫ ⁊ cecitas vel est oculus vel non est oculus. Chymera vel est ens vel non ens: propterea ponitur regula generaliter vera: quandocũqꝫ aliqua passio eiusdem rationis inest pluribus alterius rationis ꝗ̃tum ad primum modum: sicut per rationem propriam cuiuslibet competit pluribus alterius rationis: sic ⁊ de eis demõstratur. Contra: secundus modus dicendi per se ꝑsupponit primum: ergo passio eiusdem rationis requirit vnum subiectum primuꝫ vnius rationis. Iteꝫ: qđ competit pluribus cum reduplicatiõe: necessario competit eis per aliquã rationẽ eis cõmuneꝫ: nam reduplicatio reddit causam precisaꝫ inherentie predicati: ergo cuicunqꝫ inest tale predicatum: inest sibi talis causa precisa. Amplius: omnes auctores faciunt istam propositionem esse in terminis conuertibilibus: de quolibꝫ ente dicitur esse vel non esse. Solutio est: dico primo: non est veruꝫ ꝙ semper secundus modus presupponat primum: nam apud Scotum: due differẽtie primo diuer/

se c̄stuz ad primuz modum possunt habere passiones eiusdem rationis: hec quoqz propositio: ens est vnuz non presupponit primuz modum. Dico secundo: tunc reduplicatio infert cōuertibilitatē predicati ⁊ subiecti quādo reduplicat̄ causa precisa inherētie predicati ad subiectuz: causa dico precisa inclusiue includendo oēs causas possibiles inherentie illius p̄dicati ad subiectū patet sic enūciando: triangulus inquantū triangulus h̄z tres. Pōt ⁊ fieri reduplicatio cause precise non inclusiue sed exclusiue: sic q̄ talis causa p̄cise sumpta: omni alia per possibile circūscripta foret causa sufficiēs inherentie p̄dicati ad subiectuz: ⁊ huiusmodi reduplicatio nō exigit extremoꝝ conuertibilitatē: neqz oportet tale predicatū cōpetere subiectis per rōnē eādem: vt in istis ꝓpositionibus: animalitas inquātuz animalitas ē vna: rōnalitas inquātuz rationalitas est vna: ly inquantum non reduplicat cām precisaz inclusiue: sed exclusiue dūtaxat. Dico tertio: aliqui volunt subiectū primi principij esse ens reale finitū ⁊ limitatū: apud quos primum principiū non cōponit̄ ex terminis paribus. Si ly ens inquātum ens subiectū primi principij sit institutū ad significanduz q̄cquid est extra nihil: adhuc non cōuertitur cum predicato: veruz si nomen entis se extenderet vsqz ad intelligibilia ⁊ imaginabilia: tunc procul dubio esset primū principiū in terminis recurrentib⁹: sed q̄cquid sit de predicato primi principij complexi: satis superqz satis pars affirmatiua dubitatiōis his manifesta est. hec de digressione festinans ad sextū capitulum.

¶ Caput sextum.



Si igit̄ ē demōstratiua scia ē ex necessarijs principijs. qđ eniz scit̄ nō pōt aliter se hr̄e. Que āt p se sunt necessario insunt reb⁹. hec. n. sunt in eo qđ q̄d ē: q̄busdā talia insunt in eo qđ q̄d ē p̄dicantib⁹ de ipsis: quoꝝ alteruz oppositoꝝ necesse ē inesse. Manifestuz ē q̄ ex hmōi q̄busdam vtiqz sit demōstratiuus syllogism⁹. oē. n. aut sic ē aut s̄z accidēs. accidentia aūt nō necessaria sunt. Aut igit̄ sic dicendū: aut principiū ponētib⁹ q̄ demonstratio necessaria sit. ⁊ si demonstratū ē alr̄ se hr̄e nō posse. ex necessarijs igit̄ oz eē syllogismū: ex veris q̄dez ē ⁊ nō demōstratiue syllogizare. ex necessarijs aūt nō ē: s̄z aūt demonstratiue. hoc aūt ꝓpriū demonstratiōis ē. Signū aūt ē q̄ d̄mōstratio ex necessarijs sit: q̄n instantias ferim⁹ sic ad opinātes demonstrare q̄n nō sit necesse: si opinamur aut oīo cōtingere alr̄: aut rōnis cā. Manifestū aūt ex his: q̄n stulti b̄n opinati sunt accipē principia si ꝓbabilis sit ꝓpō ⁊ vera vt sophiste: q̄n scire: sciaz ē hr̄e. nō. n. qđ ꝓbabile ē aut verum principiū ē: s̄z primū in genere: circa qđ demonstrat̄ ⁊ verū nō oē ꝓpriū est.

¶ Quia nō est perfecte declaratum demonstrationez eē ex necessarijs: nisi ostendatur necessariū non colligi demōstratiue nisi ex necessarijs: ideo Aristoteles presenti capite probationibus completis repetit superiorem conclusionem: ⁊ intendit s̄m Lynconiensem istaz rationem: omnis demonstratio est ex necessarijs: omnia ⁊ sola per se inherētia sunt necessaria: ergo omnis demonstratio est ex per se inherentibus: cuius syllogismi probationes maioris ⁊ minoris īterponit: ⁊ vt perficeret necessitatem syllogismi facti ex puris affirmatiuis in secunda figura addidit sola ea que per se sūt esse necessaria. Resoluo autem hoc capitulum in tres propositiones. Prima est: propriuz est demonstrationis procedere ex necessarijs: ex veris quis poterit syllogizare non demonstratiue. Secunda est: modus iste arguendi colligit de materia: conclusio est necessaria: ergo ⁊ premisse. Tertia est: accidentium que per se nō sunt: non est demonstratiua scientia. Series autē verborum Aristotelis huiusmodi est: si demonstratiua scientia est: oportet eaz esse ex necessarijs principijs: deducitur cōsequētia hoc pacto: quod scitur non potest aliter sese habere: sed quod scitur: ex his que sunt per se scitur: ea vero predicata que per se subiectis insunt: necessario competunt: nā predicata per se dicta sunt in eo quodquid est: que scilicet dicuntur per se s̄m primum modum: quibusdam autez talia insunt in eo qđ quid est predicantibus de ipsis. i. quibusdam predicatis de subiectis insunt talia. i. subiecta in eo quod q̄d est: quorum predicatorum necesse est alterum oppositorum inesse: quod dixit propter passiones oppositionem inuicem habentes: si igitur est demonstratiua scientia: opz vt ipsa ex necessarijs ꝓcedat.

Item manifestū est q̄ ex huiusmodi quibusdam necessarijs propositionibus format̄ syllogismus demonstratiuus: nā omne predicatum quod cōpetit subiecto: aut sic est. i. aut necessario ꝯpetit: aut s̄m accidens. accidentia aūt non necessaria sunt. i. non necessario competunt subiectis: sed supple tu: si accidentia non sunt necessaria: ex illis non generabit̄ sciētia demonstratiua: ergo neqz syllogismus esset demōstratiuus. Dicit Themistius: licet nōnulla accidentia sint que inesse subiectis suis necessario videantur: vt albedo niui: quia tamen natura horum huiuscemodi est: vt aliquibus subiectis non insint necessario: efficitur vt necessaria simpliciter credi non debeant. illa. n. simpliciter necessaria sunt que ⁊ per se ⁊ vniuersaliter predicantur: vnde ait Lynconiensis: vbicūqz est necessaria ⁊ non accidentalis coherentia predicati cū subiecto: necesse est vt alterum sit egrediens a substātia alterius. Auerrois nō putat has propositiones esse necessarias: cignus est albus: coruus est niger: nix est alba: omnis enim propositio necessaria est per se apud Cōmentatorem.

Rursus: aut igit̄ ita dicatur: sicut nunc dictuz est q̄ demonstratio est syllogism⁹ ex necessarijs: aut hoc principiū supponat̄: demōstrationem necessariā eē. i. demōstrationē eē ex necessarijs: ⁊ repetēs rōnez supradictā inq̄t: ⁊ si demōstratū fieri nō pōt vt aliter sese habeat: oportebit demonstrationem esse syllogismum ex necessarijs: etenim fit vt non demonstrans ratiocinetur ex veris: at non fit vt ex necessarijs quisquam nisi demonstrans ratiocinationem conficiat: id enim ipsum iam demonstrationis ꝓpriū ē: solius igit̄ demōstratiōis id iā peculiare est ꝓcedere

ex necessarijs

ex necessarijs. Dicit Lynconiēsis: ex veris potest q̄s syllogizare nō demōstratiue: ex necessarijs aūt nō ꝯtingit resume nō demōstratiue syllogizare: sȝ q: hoc ē falsum: nisi sumamus demōstrationeȝ cōiter ⁊ non ꝓprie dictam: ideo corrigit suū sermonē dicēs: sed aut demōstratiue supple semp est syllogizare ex necessarijs: q: hō conuenit omni demōstrationi esse ex necessarijs ⁊ nulli alij speciei syllogismorum. i. ꝓprium est demonstrationis ꝓcedere ex necessarijs: quatenus cōpetit oī demōstrationi: sȝ nō soli cōcedatur: nam iste est syllogismus ex necessarijs non demōstratiuus: omne sensitiuū ē coloratū: omne animal est sensitiuū: ergo oē animal ē coloratum: ⁊ ita ex cōditiōe demonstratiōis est vt sit ex ꝓpositiōibus que cum hoc q; sunt vere sint necessarie. Auerrois prio prior vt sepe dictū est voluit duntaxat illas ꝓpositiones esse necessarias: que sunt per se: qḋ si ita sit: ꝓpriū erit demōstratiōis quarto modo ꝓcedere ex necessarijs. Themistius presenti lectiōe expresse dicit: sola ea que dicunt̄ per se sūt necessaria: ergo omnia necessaria erunt per se. Cōmentator inquit: ⁊ etiaȝ qm̄ demōstratio sicut dicit nō euadit qn sit ex propositionibus per se aut accidentalibus. ⁊ si est ex accidētalibus: nō est ex necessarijs: ꝓpterea q: ꝓpositiones accidentales non sunt necessarie: si ipsa ē ex rebꝰ necessarijs non ergo ex accidentalibus: ⁊ qm̄ non est ex rebus accidētalibus: ergo ex his que sunt p se: ğ Auerrois sub propositione per se comprehendit omneȝ ꝓpositionem necessariam.

Amplius iudicio hoc declarari pōt demonstrationem esse ex necessarijs: naȝ instantiam sic ferimus ⁊ obsistimus aduersus eos qui se opinant̄ demonstrare: id nō esse necesse. i. negatiōe necessitatis cōsueuimus inferre contra eos qui demōstrare putant: aut existimātes que sumunt̄ oīno aliter se habere posse: aut rōnis. i. disputatiōis eā id cōtēdētes. Ex his patet eos ꝑfecte stultos ⁊ ignauos esse q principia bene sumere putant: si ꝓpositio probabilis sit atqȝ vera: vti sophyste faciūt: dicentes qm̄ scire est scientiā hēre: nō. n. ideo ꝓpositio principiū est: q: ꝓbabilis aut non probabilis sit: sed q: prima est ipsius generis circa qḋ fit demonstratio: modo nō oē veruȝ est ꝓprium ⁊ primū eius generis in quo demōstratio versatur. Themistius ait: in demōstratōibꝰ non debēt accipi ꝓpositiōes verisimiles ⁊ credibiles: vt fecit Protagoras putās hāc eē demōstrationē: iste hȝ sciētiam: ergo scit quid ē sciētia: at demōstratio nō solum veris cōtenta ē: imo ꝓprias causas ⁊ ꝓpria principia requirit. Nō debet ēt demōstratio inqt Auerrois esse ex famosis: tū q: famosa nō sunt certa: tū q: nō oē famosuȝ est verum. Pateat itaqȝ prima huius capituli propositio: proprium est demonstrationis procedere ex necessarijs.

¶ Quod autem ex necessarijs oportet esse syllogismum manifestum ex his est. Si eniȝ non est habens rationem propter quid: existente demonstratione non est sciens. Sit autem vtiqȝ ⁊ qḋ. a. de. c. ex necessitate. b. auteȝ medium per quod demonstratum est sȝ non ex necessitate non sciuit propter quid. Non enim est hoc propter medium: hoc autem contingit omnino non esse: conclusionem autem necessariam. ¶ Amplius si aliquis nesciuit rem nunc: habens rationem ⁊ saluatus est: salua re: nec est obliuus: nec prius sciuit: corrumpet̄ aūt vtiqȝ mediū nisi sit necessariū: quare hēbit q̄dē rōnē: re salua. nescit aūt neqȝ ergo prius sciuit. Si vero nō corruptū est: cōtingit aūt corrūpi: qḋ accidit vtiqȝ erit possibile ⁊ ꝯtingēs: sȝ est impossibile sic se hñteȝ scire. Cū igit̄ ꝯclusio ex necessitate q̄deȝ ē: nihil ꝓhibet mediū nō necessariuȝ eē ꝑ qḋ demōstratū ē. est eīȝ ex nō necessarijs necessariū syllogizare: sicut ⁊ verū ex non veris. cuȝ aūt mediū ex necessitate est ⁊ ꝯclusio ex necessitate: sicut ex veris verū semꝑ. Sit. n. a. de. b. ex necessitate: ⁊ hō de. c. necesse ē ergo ⁊. a. c. inesse: sȝ cū nō necessaria ē ꝯclusio neqȝ mediū eē necessariū possibile ē. Sit eniȝ. a. in c. non ex necessitate: in. b. aūt. a. ⁊ hoc in. c. ex necessitate. a. ergo in. c. ex necessitate erit: sed nō cōcessuȝ ē. Quoniā igit̄ si scit demonstratiue opȝ demōstrationē hēre: aut nō sciet neqȝ ꝑꝑ q̄d neqȝ q: quare necesse ē illud eē: sȝ aut opinat̄ nesciēs: si accipiat̄ tanqȝ necessarium nō necessariū: aut neqȝ opinabit̄: siꝉr siue sciat q: per mediata vel imediata siue propter q̄d per imediata vel mediata.

¶ Intendens Aristoteles declarare hunc modum arguendi valere in demonstratōe: cōclusio est necessaria: ergo ⁊ ꝑmisse: adducit ⁊ alias rationes ad ostendendū demonstrationē constare ex necessarijs. Tum q: nemo sciet: quare cōclusio necessaria sit: nisi propositiones necessarias cognoscat. si quis enim animal contineri in homine credat: quia deambulat: conclusionē necessariam cognoscit: sed ignorat cur animal ꝯtineatur in homine pōt tale mediuȝ extingui salua conclusione: ⁊ ita tollet̄ causa qua conclusio necessaria esse videatur. Unde notandum hunc modum arguendi esse de forma: ꝑmisse sunt vere ⁊ necessarie: ergo ⁊ conclusio: iste autē est solum de materia: conclusio est necessaria: ergo premisse. non enim quilibet sibi similis in forma valet.

Tum q: medio cōclusionis necessarie ꝯtingēter saluat̄ cognoscens: cognitio: cognitū: ergo per illud conclusio non scitur: licet eniȝ mediū nō fuerit corruptū: posset tamē corrūpi. Ostenso itaqȝ demōstrationē nō cōcludere necessarium nisi ex necessarijs: ne hoc superflue ostendisse videatur: declarare syllogismuȝ sepe inferre necessarium ex non necessarijs: veluti ⁊ verum ex non veris: ex necessarijs auteȝ ⁊ veris semper colligitur necessarium ⁊ verum: ⁊ per demonstratum in textu intelligit syllogizatum: recapitulat tandē que dicta sunt: dictas oportere scientem habere syllogismum ex necessarijs: siue sciat ipse quia per mediata vel imediata: siue propter quid per mediata vel immediata. Themistius inquit: habere conclusioneȝ per demonstrationem nihil aliud est q̄ȝ per medium tale astringi quo sublato necessariū sit cōclusionē nec ꝑfectē nec absolute cognosci: siue de cā siue ḋ effectu agat̄: qm̄ ꝓbamus gnūi corpꝰ esse qḋ orbiculari motu ꝯuertitur

ipsuȝ vt sit: ostendimus: quādo lunam deficere interpositu obiectuqꝫ terre ostendimus: ipsuȝ quāobrē explicamus: hoꝝ vtrūqꝫ siqs per media nō necessaria cōprobet ꝑ demonstrationē scire nō poterit. Lynconiensis ait: dicit itaqꝫ Aristoteles ꝙ oportet demonstratiue scientē habere syllogismum ex necessarijs: aut nō sciet ꝓpter qd cōclusio est necessaria: neqꝫ ꝗ est necessaria: sed aut opinabit se scire cū nescit: vt si accipiat mediuȝ cōtingens tanq̄ necessariū: aut forte nec opinabitur se scire: vt si nouerit mediū cōtingens esse: ⁊ ſm vnam similitudinē currit res in hoc ꝙ oportet scienteȝ habere syllogismū ex necessarijs: siue sciat ipse ꝗ per mediata vel ꝑ imediata: siue sciat ꝓpter qd per mediata vł imediata: ⁊ dicit hic syllogismus ꝗ: : ois syllogism⁹ q ostēdit per effectū: ⁊ ꝓpter qd qui ostendit per cām. Syllogismus quia mediatus est iste: luna vmbraȝ non facit: planeta vmbraȝ non faciens deficit: ergo luna deficit. Syllogismus ꝗ imediatus est iste. plena luna cum sit vmbraȝ nō facit: nō faciēs vmbrā in plenilunio dficit: luna igit deficit. Syllogismus ꝓpter quid mediatus ē iste: luna cuȝ sit ſm dyametrū a sole: obijcit ei terra: ex obiectu aūt luna deficit: ergo luna deficit. Syllogism⁹ ꝓpter qd imediatus huiuscemodi est: luna cum sit ſcdꝫ dyametrū a sole in capite vel cauda draconis: obijcitur ei terra: ex obiectu autē deficit: ergo luna deficit. His adijciēduȝ est: cum ad vnam cōclusionē possint esse plura media potissima in diuersis generibus causaꝝ: vno medio sublato notitia cōclusionis absolute nō destruetur: sed respectu tantū illius medij. Perempto ēt sciētie tam principali q̄ȝ totali: tollit necessario sciētia: que etiā auferl per obliuionem totalem: quia reminiscentia exposcit obliuionem imperfectā ⁊ truncatā. Item: sciēnduȝ est ꝙ disconueniētia medij ab altero extremoꝝ nō pōt esse causa ꝯuenientie vnius extremi cuȝ altero: ideo ꝑmissa negatiua existēte cōclusio est negatiua: sed nō si altera ꝑmissa sit falsa: sequit cōclusio falsa: nō obstāte ꝙ oia hec sint qualitates ꝓpositionis. premisse enim false solū gratia materie ordinate in modo ⁊ figura inferunt veram cōclusionē: veluti duo numeri impares bene constituūt vnuȝ numerū pareȝ: nō quatenus sunt impares: sed ꝓut est in eis materia numeri paris. sunt itaqꝫ quedam false ꝓpositiones que habent in se ptes vnius vere: quedam nō: ⁊ hac lege falsuȝ non est causa vere: vt ipsuȝ cōstituens: sed vt habens in se aliqd per qd cōstituatur ſm materiaȝ.

¶ Accidentiū aūt nō per se qūo determinatum ē ꝑ se quideȝ esse: nō ē sciētia demōstratiua. nō eniȝ ex necessitate demōstrare ē conclusionē. accidens eniȝ cōtingit nō inesse: de tali dico accidēte. Et tamē opponet fortassis aliqs cui⁹ cā hic oportet interrogare de his si nō necesse ē cōclusionē esse. nihil eniȝ differt si aliqs iterrogatus cōtingētia ⁊ postea dicat cōclusionē. oportet aūt interrogare nō tanq̄ȝ necessariū eē ꝓpter iterrogata: sȝ qd dicē necesse ē illa dicē ⁊ vere dicē si vera erūt q̄ sunt.

¶ Proponit tertia ꝓpositio ꝓbanda talis: accidēnum que per se nō sunt non est demonstratiua scientia. nam non potest huiusmodi conclusio ex necessarijs demonstrari. fit enim vt accidens ipsum non insit: de tali nāqꝫ accidente loquor qd nō est necessariū: sed ꝯstat ꝗ demōstratiua scientia est ex necessarijs: ergo accidētiū q̄ ꝑ se nō sunt nō est demōstratiua sciētia: ꝗ igit oē nō per se cōtingit aliter se habere ⁊ nulla demōstratio fit illius qd cōtingit aliter se habere: nulla demōstratio erit ex his que sunt nō ꝑ se: ⁊ cuȝ ita sit dubitabit aliquis cur oportet interrogare ꝓpositiōes cōtingētes: si cōclusio necessaria sequi nō pōt. Solutio est: nihil refert si quispiam cōtingētia interrogatus: postea cōcedat ꝯclusionem: sed ea interrogare oportet: non vt per interrogata necessariū quicq̄ȝ efficiat ⁊ sequat: verū ꝗ cōclusionem cōcedere necesse est: siqs illa cōcedat: ⁊ veraȝ esse fateri oportet cōclusionē: si illa vera sint. Scribit Lynconiensis: dubitabat aliqs qua de causa oportet querere ⁊ syllogizare ea que per se non sunt: cū nō sint necessaria sed cōtingētia: cōclusionē autē syllogismi necesse est accidere ex ꝑmissis: sed qui sic opponit nōdū videt quoniam aliud est aliquid esse in seipso necessarium: ⁊ aliud est aliquid de necessitate esse si aliud est: cōtingēs aūt quod sequit syllogistice ex aliis contingentibus non est simpliciter necessarium: sed ē necessarium esse si illa sunt ex quibus ipsuȝ necessario sequitur. i. conclusio cōtingens sequitur ex premissis cōtingentibus necessario necessitate cōsequētie: nō cōsequentis. ⁊ hoc est qd dicit Themistius: de ꝓpositionibus cōtingentib⁹ cōclusio seorsum ⁊ a se necessaria nō euadit: tamen necessario sequit quatenus ꝓpōnes illas admittimus: verū ad demōstrationē artificiū interrogandi nō ptinet ꝗ syllogismū scientie ab eo qd ꝓposita cōcedant aut negent pendere non conuenit: sȝ ex ipsa plane rerum natura. Auerrois ait: dicit in diffinitione syllogismi ꝙ est oratio ex qua sequit res alia necessario: nō dicit res alia necessaria: ergo necessitas in syllogismo est in ipsa cōsequutiōe cōclusionis ex ꝓpositiōib⁹: nō in essentia cōclusiōis necessarie. In summa presenti caplo declaratū ē multis rōnib⁹ ꝓpositiones demōstrandōis oportere inueniri necessarias.

Digressio.

Soluēde sunt obiectiones que cōtra determinationes huius capituli afferri solent. In primis: patefacta est necessitas cōclusionis per necessitatem premissaꝝ: ⁊ ecōtra necessitas ꝑmissarum ꝑ necessitatē cōclusiōis: ergo cōmissus ē circulus. Itē: modo ostendit demōstrationē eē ex necessarijs: quia est ex his que sunt per se: sepe ex his que sunt per se: quia est ex necessarijs. Solutio est: necessitas cōclusionis declaratur per premissas vt per causaȝ efficientem ⁊ demonstrationē propter quid: necessitas autem premissarum per conclusioneȝ ostenditur ⁊ demonstratione quia: ⁊ sic euitatur circulus: ait Albertus magnus vocans demonstrationem per causam finalem demonstrationē quia: hoc vt arbitror fundamēto: nam conclusio finis est premissarum: ⁊ non colligit iste modus arguendi nisi de materia: conclusio est necessaria: ergo ⁊ premisse. similiter apud latinos hec ratio est demonstratio propter quid: demonstratio ē ex his que sunt per se: ergo ex necessarijs. hec auteȝ est: demonstratio quia est ex necessarijs: ergo ex his que sunt per se. at Cōmentator facit istam consequentiam: demonstratio est non ex accidētalibus: ergo est ex his que sunt per se.

Rursus quattuor sunt enumerate conditiones quibus quidem scientia deponi potest ⁊ saluari: habens rationem: saluatus: salua res fit: ⁊ non oblitus: ergo videtur Aristoteles mortalitati animorum consentire. Solutio est: sublato animali

nō erit

nō erit scientia: auctore pħo in pdicamēto relationis: modus aūt quo scientia acqritur vel deperdit operepretium est vt inducat: Auerrois. 7. physicorum. 20. format istam ratione: cognitio acquiritur intellectui nulla mutatione facta in ipso intellectu: ergo cognitio non terminat veram alteratione: vn̄ sicut columna efficitur dextra ⁊ sinistra per motum fortis sine mutatione eius: ita ⁊ homo efficitur sciens absq; mutatione intellect⁹. pars ergo cognoscens non transmutatur sed quoddā aliud: ⁊ ex hoc infero corolarie ꝙ intellectus agens nō ponitur ex parte intellectus possibilis: sed tantum ex parte obiecti: quod virtute intellectus agentis transfertur de ordine materialium ad ordinem abstractorum: 3. de anima. 18. quando enim cogitatiua virtus deseruiens intellectui cogitat hunc equum habēs in se huius equi idolum ⁊ simulachrū: mox lumen intellectus agentis simulachrum istud pulsat: non aliter q̄ radius solis aquam: atq; vt radius hic solis ab aqua repercussus in oppositum parietem: ibi circulum procreat splēdidum atq; tremulum: ita predictum lumen pulsans particulare equi idolum ⁊ simulachrum: atq; ex eo simulachro in vim intellectus capacem reflexum: in hac ipsa inde speciem quādam parit: que nō amplius hūc equū sed equum refert ⁊ representat: talis enim forma facta abstracta presentata intellectui possibili ipsum perficit absq; hoc ꝙ inhereat: veluti si per possibile intellectio qua fortes intelligit lapidem esset separata a forte: ⁊ tamen fortes per eam intelligeret: tunc ipsa esset forma perficiens fortem: non tamen inhereret intellectui fortis: ⁊ quēadmodum homo post somnum vtitur sciētia actu: absq; hoc ꝙ scientia acquiratur generatione ⁊ alteratione: ita quis incipit scire denuo absq; hoc ꝙ scientia illa noua terminet generationem ⁊ alteratōem: verūtamen sciens cum non vtitur sua scientia est in potentia accidentali: at addiscens antequā addiscat est in potentia essentiali: ⁊. 2. de anima ponebatur differentia inter doctrinationem ⁊ rememorationem. Et est aduertendum ꝙ apud Platonem habitus erant cōnaturales intellectibus multiplicatis ⁊ nostrum scire erat reminisci: at Auerrois arbitratur vnum tantum intellectum cui cognitio equi perpetuatur varijs diuersorum hominum fantasmatibus eam conseruantibus: ⁊ ita apud Cōmentatorem nostrum scire erat aliquo modo reminisci. 3. de anima. 5. si autem fantasmata valeant cōseruare intellectionem in intellectu: opus est vt sit rectitudo accidentium: lumen nāq; intellectus agentis non figitur supra fantasmata puerorum ⁊ ebriorum: nō acquiritur ergo de nouo scientia discipulo: quia cum sit idem intellectus apud Auerroim: erit ⁊ eadem sciētia discipuli ⁊ preceptoris facientis ꝙ intellectio que erat continuata cum suo fantasmate continuetur cum fantasmate discipuli. Dico tamen sm̄ fidem ⁊ veritatē ꝙ preceptor causat in discipulo nouam scientiam excitando intellectum eius per principia nota ⁊ per determinatam principiorum ad cōclusionem applicationem: neq; sequitur ꝙ scientia sit qualitas actiua. quando. n. aliqua qualitas agit in aliud: nō requirit i illo in quod agit esse aliqd agens principale iuuans ipsam: at scientia preceptoris nō est qualitas sufficiens ad inducendum scientiam in discipulo: sed principale agēs est intrinsecum discipulo: vt intellectus agens suo lumine. verus etenim doctor est qui interius mentem illuminat ⁊ intellectum ⁊ veritatem ostendit: auctore Lynconiense primo posteriorū: sed de his absolutius in. 3. de anima tractandum est.

Caput septimum.



Quoniam autem ex necessitate sunt circa vnūquodq; genus quecunq; p se sunt ⁊ sm̄ ꝙ vnūquodq; ē: manifestum est quoniā de his que per se sunt demonstratiue sciētie ex talibus sunt: accidentia quidē enim non necessaria sunt: quare non necessariū est conclusionem scire propter quid sit: neq; si semper sit. Non per se autem: vt sunt per signa syllogismi. Hoc n. per se ex huiusmodi non per se sciet neq; propter quid: ppter quid autem scire ē per causam scire: propter ipsum ergo oportet ⁊ medium tertio ⁊ primum medio inesse.

Docet duabus ꝯclusionibus Aristoteles psenti capite demonstrationem constare ex propositionibus proprijs ⁊ peculiaribus nō ex alienis. Prima ē talis: oportet medium tertio: ⁊ medio primū per se inesse: si per causam ⁊ demonstrationē scire debeamus: nam circa vnūquodq; genus subiectum necessario insunt ea sola que per se sunt: ergo demonstrationes scientiarū effectrices ex his que sunt per se ⁊ necessarijs constat ꝓpositionibus non accidentalibus: accidentia nanq; non sunt necessaria: ergo ex accidentibus non ē necessarium scire conclusionē propter quid est: dato etiam ꝙ accidentia sint inseparabilia ⁊ semper insint subiectis: non sunt autē per se: vnde syllogismi per signa non faciunt scire per se ⁊ propter quid res sit: cū scire per se ⁊ propter quid nihil aliud sit q̄ scire per causam. constat autem signa ⁊ id genus accidentia causas non eē: ergo si scire debeamus oportet tertio medium: ⁊ medio primum inesse. Themistius ait: syllogismi q proficiscuntur a signo fere media sumunt que firma ⁊ ppetua sunt: nam ⁊ lacescere semper inest mulieri que peperit ⁊ ignib⁹ fumare: sed media hec accōmodata demonstrationi non sunt: quia in hoc genere priora ex consequentibus concludūtur: ergo Themistius arbitratur demonstrationē quia non esse demōstrationem. Aduertendū: passio non scitur perfecte de subiecto n̄ adequato: siue illud sit magis cōmune: siue minus cōmune. Neq; scitur passio de subiecto consentaneo nisi per medium conuertibile cum subiecto: ⁊ propria passione: fit. n. demonstratio in primo modo prime figure. passiones autem habentes subiecta adequata de illis primo non sunt demonstrabiles: cum tales passiones competant subiectis diuersarum rationū per eorum rationes diuersas.

Nō ergo ē ex alio genere descēdētem demonstrare vt geometram in arithmeticam: tria enim sunt in demonstrationibus. Vnum quidē qḋ demonstratur conclusio: hoc aūt ē qḋ alicui generi inest per se. Vnū autē dignitates: dignitates autē sunt ex quibus ē demonstratio. Tertium autē genus subiectū ē cuius passiones ⁊ per se accidentia ostēdit

demonstratio. Ex quibus quidez igitur demonstratio fit contingit eadem esse. Quorum autem genus alterum est: sicut arithmetice ⁊ geometrice non est arithmeticam demonstrationem conuenire in magnitudinibus accidentia: nisi magnitudines numeri sint. Hoc autem quemadmodum contingit in quibusdam posterius dicetur: sed arithmetica demonstratio semper habet genus circa quod fit demonstratio ⁊ alie similiter. Quare aut simpliciter necesse est idem esse genus aut sic si debet demonstratio descedere: aliter autem impossibile esse manifestum est. Ex eodem igitur genere necesse est vltima ⁊ media esse. Si namqz non sunt per se accidentia erunt: propter hoc ergo non est geometre monstrare quod contrariorum sit eadem disciplina: sz neqz duo cubi vnus cubus sint: neqz scientie alterius quod alterius sit. Sed aut quecunqz sic se habent adinuicem quod sit alterum sub altero: vt perspectiua ad geometricam ⁊ consonantia ad arithmeticam. Neqz autez si aliquid inest lineis non secundum quod linee sunt ⁊ non inquantum ex principiis propriis sunt: vt si pulcherrima linearum sit recta: aut si contrario se habeat circulari. Non enim est secundum quod proprium genus ipsorum est: sed inquantum commune quoddam est.

Deinū philosoph⁹ agēs de locis cōibus redargutionū ⁊ locis spālib⁹ ꝓpter dictionez dicit primo: modi redarguēdi sunt duo. nā alij quidē sunt pp̄ dictōez: alij vero extra dictiōez. vnde fallacie in dictione sunt ille penes quas ꝰm oēs mōs peccant sophystica argumenta composita ex signis volūtarie institutis: penes fallacias extra dictionē peccant tam argumenta constituta ex signis volūtarie institutis q̄ȝ ex signis nālr̄ significātibus. Vel dicunt̄ fallacie in dictiōe quatenus sibi comparant causam apparentie ex parte dictōis: extra dictionem ex parte rei: ⁊ non seiunguntur fallacie ex parte cause defectus earum: cuȝ in omnibus sit causa defectus ex parte rei.

Dicit secundo sunt aūt ea que pp̄ dictiōez faciunt fantasiam. i. apparentiam sex numero: equocatio: amphybologia: cōpōsitio: diuisio: accentus: figura dictionis: huius autem fides ⁊ ea que ē per inductionē ⁊ syllogismus ⁊ si que sumetur alia. i. ꝓsyllogismus minoris: quoniaz totidem modis eisdē noibus ⁊ orōnibus non idē significamus. Inductio sic format̄: equocatio fit aliquo istorū sex modoruz: amphybologia fit aliquo istorum sex modorum: ⁊ sic de alijs: ergo omnis fallacia in dictiōe fit aliquo istorum sex modorū. Syllogismus aūt ita ordinat̄: ois deceptio facta ex eo q̄ eisdē dictōibus vel orōnibus nō idē significamus fit aliquo istorū sex modorū: ois fallacia i dictiōe fit ex eo q̄ eisdē dictiōibus vel orōnibus nō idem significamus: ergo ois fallacia in dictiōe fit aliquo istorum sex modorū. maioris ista ē ꝓsyllogismus: ois multiplicitas dictiōis fit aliquo istoꝝ sex modorū: sȝ ois deceptio fcā ex eo q̄ eisdē dictōib⁹ vel orōnib⁹ nō idē significamus fit ex multiplicitate dictiōis vel orōnis: ergo ois deceptio fcā ex eo q̄ eisdē dictōib⁹ vl̄ orōib⁹ n̄ idē significam⁹ fit aliquo istorū sex modorū. ꝓsyllogismus autem minoris primi syllogismi talis est: ois multiplicitas dictiōis fit ex eo q̄ eisdē dictōibus vel orōnibus nō idem significamus: ois fallacia in dictiōe causatur ex multiplicitate dictionis vel orōnis: ergo omnis fallacia in dictione oritur ex eo q̄ eisdem dictionibus vel orationibus nō idē significamus. hactenus de numero locoꝝ pp̄ dictōez.

Dicit tertio sunt autē ꝰꝫ equiuocationē huiusmodi orationes: vt quoniaz discūt sciētes. nā ꝰꝫ hos. i. ꝰꝫ hos mōs palogizādi colligr̄ q̄ grāmatici q̄ sunt sciētes discūt: vl̄ ea que prodita sunt

memorie

memorie grāmatici discūt: discere. n. equocū ad itelligēdū q̄ vti disciplina ⁊ accipere disciplinā. nō intēdit autē hic Aristoteles soluere rōnes captiosas sed constituere: formal aūt sic syllogismus: grāmatici discūt: q̄ ea q̄ pdicta sunt memorie: grāmatici sunt scictes: ergo scictes discunt. Primus ergo modus equiuocatiōis est qn̄ dictio plura significat pricipalr: fm quē modū formāt huiusce modi rōes captiose: grāmatici discūt: grāmatici sunt sciētes: ergo sciētes discūt: discere nāq3 fm grecos equiuocū est ad docendū ⁊ recipiendū disciplinā. Itē quattuor sunt tria ⁊ vnū: sed vnū est nō plura: ergo quattuor sunt tria ⁊ non plura. potest enim li non esse negatio negans ⁊ negatio infinitans: si primo modo ppositio significat: quattuor sunt tria ⁊ nō plura sunt q̄3 tria: si secundo mō: quattuor sunt tria ⁊ aliquod additum quod est non plura. Item: tu scis causam quare ignis comburit ⁊ pp̄ter illam causam tu non es hō: ergo tu scis causam propter quam non es hō: talis ppō pōt significare te scire cām que non ostendit te non esse hominez: vel te scire causaz propter quam tu es priuatus humanitate. Rursus considerāda est ista propositio: omne quod factum est nihil est: factum enim quandoq3 idem est q̄ cōsumatuz: sepe idem est q̄ perfectū. Insup hec ppō: nō hō ē eē pdicabile de oī hoīe: est distiguēda: q2 li nō pōt eē negatio negans ⁊ īfinitans: ⁊ si infinitāns: pōt psonaliter ⁊ materialr teneri. Hec quoq3 est distinguēda: nihil est verū nisi in hīs stātibꝰ: q2 li nisi ⁊ cōditōalr ⁊ exceptiue teneri pōt. Silr iste ad nullū hoīem currere sequif oēm hoīem currere: ⁊ ad oēm hoīem currere deducitur oēm hoīem currere: pnt nāq3 esse vles ⁊ indefinite. ecce ergo quēadmodū primꝰ modus accidit in dictiōibus significantibꝰ ⁊ nō significantibus. Ulterius est aduertendū: perfectio dictiōis vt dictio que est cōtinua syllabarū ⁊ litterarū in dicēdo platio numerari no pōt in vna dictiōe: perfectiō dictiōis accidentalis que est ex relatiōe dictiōis ad significandū numeratur in termino equiuoco actu plura significata importante copulatiue vt copula cadit inter actus significādi nō inter significata. Preterea sciendū est: cum terminus equiuocus ponat sua significata actu respectu predicati: q2 nihil auferf a voce plata respectu predicati nisi sola negatio. nam prius nō erat subiectū: nunc ē subiectū: tñ est difficultas de hac ɔña: canis currit: ergo aīal latrabile currit: que videtur valere: quia quod actu significatur per terminum sequitur ad ipsum: non videtur valere: quia antecedens posset esse falsum: consequente existente falso. Arbitratur Scotus consequentiam prefataz non tenere: hoc fundamento. nam ad hoc vt consequentia sit bona opz q̄ consequens virtualiter includatur in antecedente ⁊ non sub ppria ratiōe: nunc autem consequens sub ppria ratiōe includitur in antecedēte: ⁊ ideo consequentia nō valet: ⁊ putat q̄ ex copulatiua inquantum habet partes distinctas adinuicem non copulatas non sequitur altera pars: sed inquātum habet intellectū copulatum distinctum ab intellectu vtriusq3 partis. Cōtra: ergo sequela ab eodem ad idem non valeret. Albertus magnus opinatur hanc consequentiam valere: latrabile currit: ergo canis currit: at non econtra: dictio eniz equiuoca fm ipsum se habet ad sua significata partiz vt totū vle: ptim vt totū integrale: vna aūt copulatiua ē pcise totum integrale respectu partium: icctrco ex ipa colligif pos: at ex equoco nō inferf aliquid significatū: q2 se hz sicut totū vle. Puto itaq3 ego neutrā illaruz valere: quia aliter ppō equiuoca posset absolute eē vera vł falsa: ⁊ affirmandū ē in equiuocis quidem esse illationē nō cōsequentiam: vnde de ratione ɔñe est q̄ antecedens sit producens: ɔñs pductū: pducens aūt ⁊ pductū re ipsa seiungunf. Propterea in equocis ⁊ in modis arguendi ab eodez ad idem est illatio: minime aūt ɔña. Cōtra: iterum arguif: si in equocis recta ē illatio: ergo ppositiōes equiuoce poterunt esse vere vel false. Dico id nō reqri in bona illatiōe sed dūtaxat in bona ⁊ nota ɔña. His dictis addaf vna regula cōis: ois ppositio est distinguēda in qua ponif terminus equiuocus singularis numeri: ēt si in omni sensu esset vera: at quelibet reddif falsa: si ponatur terminus equiuocus in plurali numero: cuius regula ratio pōt esse talis: per quācūq3 ppositionem pluralem denotaf q̄ multe singulares sunt vere in quibus inuenif pdictus terminꝰ in numero singulari: veluti per istaz: hoīes currunt: denotaf veritas istaz ppōnuz: iste homo ⁊ iste est hō: est eniz plurale singulare geminatū: ergo per istaz ppositionē: sunt plures canes: denotabif veritas istaz ppōnuz: iste ē canis: ⁊ iste ē canis: sed ɔstat q̄ tales ppōnes sunt distinguēde: ergo nec vere nec false. hec de primo mō equiuocationis.

Dicit quarto ⁊ rursus q̄ mala bona sunt: nā que expediūt bona sunt: mala aūt expediunt: naz bonos viros appetere mortez est necessariuz: duplex eniz expediens est: ⁊ necessariuz: qđ accidit plerūq3 in malis: est eniz quoddam maluz necessariuz: ⁊ bona quoq3 expedientia dicimus esse: vnde honestum vocaf expediens: vt expedit iustitiaz facere: vtile quoq3 est expediens: vt expedit laborāti tali egritudine tali victus obseruatiōe vti. Pariter dicif necessarium expediens: ceu expedit vt orta pereant. Secūdus ergo modus equiuocatiōis est quādo dictio iportat plura fm ordinez: hoc est qn̄ terminꝰ significat vnuz pprie: aliud trāsumptiue: ⁊ vt paucis agam: oēs termini equiuoci a cōsilio faciunt fm moduz equiuocatiōis: vbi equoci a casu primū cōstituebant: vnde terminꝰ equocus penes primū modū equiuocatiōis cū significet plura eque primo diuersis rōnibus facit semꝑ ppōnez in qua inuenitur equiuocā ⁊ distinguēdaz: at terminꝰ equocus penes fm moduz equiuocatiōis q̄ significatꝰ plura: vnum principale: aliud per similitudinē: nō constituit ppōnez equiuocā ⁊ distinguibilez: cū talis terminꝰ qñcūq3 accipitur pro significato trāsumptiuo: accipif ⁊ pro pricipali: a quo q̄dez absolui nō pōt: nō aūt si pro principali sumit: opus ē ipsuz pro similitudinario verificari. est nāq3 hec ppositio falsa: hō pictus est hō: ⁊ ista vera: hō ambulat: ⁊ fm hūc modū formaf hec ɔña: subiectū scie est mā scie: ergo scia cōponif ex materia ⁊ forma. hec de scđo modo equiuocatiōis.

Dicit quinto amplius eūdez sedere ⁊ stare: ⁊ laborare ⁊ sanū esse: naz qui surgebat stat: ⁊ qui sanabaf sanus est: surgebat autez sedens: ⁊ sanabaf laborans: laborantē eīz q̄dlibet facere aut pati nō vnuz significat: sed qñq3 q̄dez qui nūc laborat aut sedet: qñq3 autē qui laborabat prius: verūtñ sanabatur q̄dē laborans: ⁊ egrotans cum egrotans. sanus est aūt nō cū laborans: sed laborans nō nūc sed priꝰ. Et attēdendum est has ppōnes: surgebat sedens: sanabaf egrotās: fore multiplices: nā sedēs ⁊ egrotās duobꝰ modis dicunf ⁊ q̄ nūc sedet: ⁊ q̄ sedebat: ⁊ qui nūc egrotat ⁊ qui egrotabat: hmōi eniz pticipia retinent significatiōez ptitis ⁊ pñtis īperfecti. Tertius ergo modus equocatiōis inqt Albertꝰ oritf ex eo q̄ dictio aliq̄ fz se sumpta significat vnū solū ⁊ mō vno significādi: fz ɔiūcta cū alia dictiōe i eadē oratiōe mōs significandi accipit plres: ⁊ fz hō sophystice ɔcludef eūdē sedē ⁊ stare: ⁊ eūdez laborare ⁊ sanū eē. sic formādo palogismos: q̄cūq3 surgebat stat:

sedens surgebat: ergo sedens stat. Itẽ: quicũq3 sanabat sanus est: laborans sanabat: ergo laborans sanus ẽ. fiat enim vis in hoc qḋ dicit surgebat ⁊ sanabat: que includunt ⁊ hñt in se tẽpus preteritũ in pte ⁊ pñs: at si poneretur preteritũ qḋ in se nõ includeret presens: ⁊ dicerentur iste due ppõnes: quicũq3 surrexit stat: ⁊ quicũq3 sanatus fuit sanus est: false existerent: qñ aũt preteritũ imperfectũ ponit: tunc sunt vere in vno sensu ꝗ preteritũ imperfectũ dicit actum incõpletum includentẽ in se pñs ad qḋ continuat actus. ꝗ aũt in talibus fit multiplicitas equiuocatiõis p3 ex hoc ꝗ laborantẽ qḋ format a preterito imperfecto quodlib3 facere aut pati hoc ẽ adiunctũ verbo actiue vel passiue significatiõis de preterito nõ significat vnu3 sed plura. sed rõne duoꝝ tẽpoꝝ que in se claudit: aliqñ significat pñs qḋ nũc instat: ⁊ ita ẽ hec falsa: laborans sanus ẽ. qñq3 significat preteritũ ⁊ sic ista ẽ vera: laborans. i. qui laborabat prius sanus ẽ nũc: quare cu3 multiplicitas fit reuera ex pte pricipij putat Albert⁹ ea3 esse respectu verbi pteriti ipfecti: ⁊ nõ respectu pticipij: hec enim ppõ: laborans sanus ẽ: nõ est distinguenda: cu3 nihil sit qḋ possit dare huic termino laborãs multiplicitatẽ aliquã: tale quoq3 pricipiu3 nõ significat tẽp⁹ pteritũ: determinat ẽt per verbũ pñs: ⁊ ita ista: laborãs sanus: est falsa determinate: at hec: laborãs sanabat: distinguenda est. verũ cõstat prefatã ppõnez distinguẽdã esse vt fusius dicã sequẽti lectione. hec de tertio modo qui nõ resultat pfecto ex eo ꝗ vna dictio significat vnu3 de se ⁊ aliud ex adiuncto s3 nascit ex eo ꝗ dictio de se cõsignificat plura ⁊ nõ ex adiuncto. Et ppterea aduertendum est: ꝗ terminus equiuoc⁹ a casu non põt vno actu distribuẽdi distribui: aliter in equiuocis posset formari syllogismus regulatus p dici de oi ⁊ de nullo. Rursus: terminus equiuocus nec p imediata nec p mediata ẽbi põt: quãuis possit p imediate adiũctũ audiẽs manuduci vt accipiat terminũ equocũ pro altero duoꝝ significatoꝝ determinate: modus ẽt significãdi ẽbit modũ significãdi p se: terminũ aũt equocũ nõ nisi p accidẽs: p3 hoc exẽplo. Cãna romanoꝝ sanguine fluit plenus.

Dicit sexto

Scdm amphibologia3 sunt orationes tales: vellem capere me pugnãtes: ⁊ o3 sic formari paralogism⁹: quoscũq3 vellẽ me accipe: vellez ꝗ me acciperẽt: pugnãtes vellẽ me accipere: ergo vellez ꝗ pugnãtes me acciperẽt. põt nãq3 li me ẽstrui cũ infinitiuo a pte añ ⁊ a pte post. Itẽ: ⁊ putas qḋ qs scit: hoc scit: nã3 sciẽtẽ ⁊ scitũ ẽtingit significari hac oratiõe. Paralogismus ẽ talis. Quod quis scit hoc scit: grãmaticã scit aliqs: ergo grãmatica scit: si enim pnomen ẽstruat cũ verbo a parte ante: ppositio ẽ falsa: si subsequatur verbum est vera. Rursus: ⁊ putas qḋ qs videt hoc videt: videt aute3 columnam: quare columna videt. Pariter in hac captione pnomen variam põt habere constructionẽ. Item: ⁊ putas hoc qḋ tu dicis esse: hoc tu dicis: dicis autẽ lapidem esse: tu ergo lapis dicis esse. Amplius: ⁊ putas est tacentẽ dicere: duplex enim ẽ tacentẽ dicere: ⁊ hunc dicere tacente3 ⁊ que dicunt: alia lectio h3: ⁊ putas est silentia dicere: duplex enim est ⁊ id silentia dicere: hoc qdem eos qui dicunt silere: illud aũt ea que dicunt: res enim inanimate silentes nõ tacentes dicunt. In summa amphybologia ẽ deceptio pueniẽs ex identitate eiusde3 oratiõis ẽm substantiã ⁊ modũ pferendi diuersa significãtis: que tñ diuersitas insurgit ratione totius orationis: varie nãq3 ẽstructiões substantiã nõ mutant orationis s3 dũtaxat significatũ. Propõnes de oblatiuo in cõsequẽtia: ⁊ que possunt esse exclusiue ⁊ de extremo excluso: ⁊ que cathegorice ⁊ hypotetice sũt amphybologice. Preterea sciẽdũ ꝗ vnitas vocis complexe ẽm mãm ⁊ formã principiũ ẽ idoneum seiũgendi amphybologiã a ceteris locis sophysticis: pñt. n. complexum ⁊ incõplexũ differre ex parte mãe ⁊ forme. Itẽ diuersitas sententie est causa nõ existẽs in hac fallacia cui sepe annectit diuersa rõ cõstructiõis. Põt quoq3 vna oratio prolata sub vno actu pferendi multa significare ⁊ stat diuersa constructio cũ vna dictionũ serie: ⁊ nõ permanet oratio amphibologica quocũq3 mõ pferat: determinata tamen prolatio põt orationẽ cõpositam ⁊ diuisa3 ad certum sensum determinare: non amphybologica3: hec de amphybologia.

Dicit septimo.

sunt tres modi ẽm equocationẽ ⁊ amphybologiã. Unus quidẽ qñ nomẽ vel orõ plura significat pricipalr. Alius qñ soliti sumus sic dicere. i. qñ ex significatiõe ppria ⁊ impropria puenit paralogismus. Tertius qñ cõpositũ significat plura: sepatũ vero simplr: vt scit seculum: ⁊ scire lras. nam vtrũq3 si cõtingat vnũ quidem significat ⁊ scire ⁊ seculũ: ⁊ lre: ambo aũt plura: aut seculum ipsu3 ⁊ lras ipsas sciam habere aut seculi ⁊ lrarum aliũ. Terti⁹ ergo modus apud Albertũ est qñ oratio p se sola significat vnũ: iũcta aũt alteri plura: si. n. huic orõni scit seculũ adiungatur pnomen hoc: significat plura: ⁊ ẽ prim⁹ modus amphybologie qñ oratio significat plura etia3 si ab illa oratione auferatur aliqua eius pars: ⁊ ẽ tertius modus quando ablato aliquo residuũ non significat plura. Contra: dependentia huius verbi scit in hac ppositiõe: hoc scit seculũ sufficiẽter determinat ab vtraq3 parte: ergo illa ppositio non est multiplex. Item ⁊ scire ⁊ seculũ significãt vnũ: ambo tamen plura: ergo hec oratio scit seculũ non cõiuncta alteri debet plura significare. Itẽ hec oratio hoc scit seculũ: si fit multiplex: cũ nõ egeat aliquo vt sit pluriũ significatiua erit amphybologica ẽm primũ modũ. Quare vult Scotus questione. 22. totam multiplicitatem esse in hac particula: scit seculum: prout tamẽ ad aliud refertur: veluti subiecto huius ppõnis. b. contingit esse. a. conceduntur varie acceptiones in relatione ad predicatum: ⁊ tale adiunctum poterit determinare hoc quod dico seculum ad rectum vel accusatiuu3 casum. Contra inquit Scotus: hec oratio scit seculum nõ significat plura nisi vt iuncta alteri: ergo totũ id congregatum primo significabit plura. nã qñ aliqua operatio nõ põt inesse alicui nisi vt illud iunctum est cum alio: dicimus illam operationẽ eẽ vtriusq3. Ite3 dicit Aristoteles tertius modus amphybologie est quando compositum significat plura: separatũ vero vnũ solũt vt scit seculum. nam li scire ⁊ li seculum vnum significat: ambo autẽ plura. si ergo Aristoteles vniformiter accipiat li vtrunq3 diuisim ⁊ li ambo coniunctim: hec oratio: scit seculũ plura significabit ⁊ non ex coniunctiõe cum alio. Soluit dicẽs primo: illa operatio est vtriusq3 vel vnius partis vt attributionem habet ad aliam. Dicit secundo ꝗ Aristoteles voluit dicere ꝗ hec oratio ⁊ eius partes solum vnum significant: copulata autem alteri plura. Sunt ergo tres modi cõmunes equiuocationis ⁊ amphybologie: terti⁹ tamẽ modus amphybologie appropriat veluti dicitur secũdo ẽ anime. 64. quinq3 sunt sensibilia cõmunia: que tamen cuilibet sensui non attribuuntur. Primus modus ẽ qñ dictio vel orõ significat plra. Prim⁹ modus equocatiõis repit i dictiõib⁹ significãtib⁹ ⁊ ñ significãnb⁹: prim⁹ mõus ãphybologie iuenit i oib⁹ ppõib⁹ q̃ pñt hẽre sensu3 cathegoricũ ⁊ hypoteticũ. Scds mõus orit ex eo ꝗ aliq̃ dictio vl' orõ significat vnũ ppe ⁊ aliũ trãsũptiue: scds mõus equocatiõis cõmittit: qñcũq3 dictiões a

ppria

pp̄a significatōe ad ip̄:op̄tiā trāsferūt: sicut quidē trāslatōis grāmatici varias adiuenīūt spēs: iter q̄s cōnumerāt iste cathatesis: methaphora: synodoche: methalēsis: stropo pethos: ⁊ paralēge. Secūdus modus amphybologie fit qn̄ oratio pōt accipi ex p̄pria rerū impositōe ⁊ ip̄ropria: vt p̄z in istis p̄positōib⁹: lupus est in fabula: iste vēdit oleū: littus arat. Tertius modus equocatōis est ex eo q̄ dictio aliqua plura cōsignificat ⁊ nō ex adiūcto: vt laborās: qd̄ ꝯsignificat tp̄s presens ⁊ p̄teritū imp̄fectū. Quart⁹ modus amphybologie est qn̄ o͞ro de significat vnū: ⁊ ip̄sa eadē copulata alteri significat plura: vt hec oratio scit seculum. hec de equiuocatione ⁊ amphybologia hactenus.

Dicit octauo.

Secūduz cōpositōem sunt hmōi orōnes: possibile ē sedentē ambulare: ⁊ nō scribentē scribere: nō.n. idē significant: si diuidēs q̄s dicat ⁊ cōponēs: qm̄ possibile est sedentē ambulare ⁊ nō scribētez scribere: ⁊ hoc idē ⁊ idem sigs ꝯponat n̄ scribētē scribere: significat.n. qm̄ h̄z p̄tātez vt nō scribēs scribat: sigs aūt nō cōponat: qm̄ h̄z p̄tātez qn̄ nō scribit vt scribat. i. in ꝯposita o͞rone accusatiuus ⁊ infinitiu⁹ simul iūgunt: in diuisa possibile ⁊ accusatiu⁹: vn̄ si hec p̄positio sit ꝯposita: possibile sedētez ambulare: significat q̄ pōt esse vt sedēs ambulet: si sit diuisa: significat q̄ cū q̄s sedet p̄tātez h̄z vt ambulet. Simil̄r si hec p̄positio possibile est nō scribētez scribere sit ꝯposita significat q̄ pōt esse vt nō scribens scribat: at si sit diuisa: innuit vt nō scribēs h̄z p̄tātez vt scribat: ⁊ hec vocabula: possibile: īpossibile: contingēs ⁊ necesse in compositōe ⁊ diuisione eandem seruant significatōez. Item ⁊ discere nunc l̄ras: sigdē didicit q̄s scit. Et hec p̄positio. Quicūq̄z scit l̄ras nunc didicit illas: pōt esse cōposita ⁊ diuisa. Ampli⁹ qd̄ vnū solum pōt ferre: plura pōt ferre: si sit cōposita est falsa: diuisa est vera: hec de cōpositōe. Propter vero diuisionē sunt iste oratōes. Quinq̄z sunt duo ⁊ tria ⁊ paria ⁊ imparia. Itez maius est equale: p̄bat: maius tantūdē: equali ⁊ adhuc amplius quippiaz: hec oratio cōposita est vera: diuisa falsa. Eadem quoq̄z oratio diuisa ⁊ cōposita nō idez semp̄ videbit significare vt ego posui te seruum existentē liberū: si quispiā sit factus de seruo liber: p̄dicta p̄positio cōposita est vera: diuisa est falsa. Itez hec p̄positio quinquaginta viroꝝ centū reliquit diuus Achilles: supposito q̄ Achilles centū viros duxerit in bellum ⁊ q̄nquaginta amiserit: si sic: cōposita est vera: si diuisa est falsa ⁊ hactenus verba Ari. volētis p̄fatas p̄pōnes esse multiplices multiplicitate potētiali: ergo nō ē veꝝ q̄ sit sensus cōposit⁹ qn̄ modus precedit aut sequit ⁊ diuisus cū mediat: quoniaz si sic esset: nulla in illis orationibus multiplicitas cōspiceretur.

Notandum

compositio diuisio ⁊ accentus operantur multiplex potentiale: q̄r manet eadez dictio vel oratio s̄m māam que est ens potentiale: nō s̄m formaz: ⁊ q̄r maior est vnitas in cōpositione ⁊ diuisiōe q̄̄z accentu ⁊ pri⁹ est res cōposita q̄̄z diuisa ideo prius de ꝯpōne mox de diuisione postremo d̄ accentu tractāduz erat. In modis amphybologie seruabat idē modus p̄nūciādi: pūctuādi: pausandi: nō in modis harū fallaciaꝝ: ⁊ si oz reperiri cōpositio ⁊ diuisio reqrit duplex ordo ⁊ duplex situs partiū. ordo p̄prius ꝯstituit ꝯpōnez: improp̄ri⁹ diuisionē: Similitudo aūt ⁊ nō modus p̄ferēdi o͞ronis cōposite ad diuisaz cā est apparētie in cōpositōe: ⁊ oratōis diuise ad cōpositaz in diuisiōe: ē .n. ꝯpositio eoꝝ q̄ debēt diuidi falsa vnio: ⁊ diuiso eoruz que debēt cōponi falsa separatio. Prim⁹ ergo modus cōmittit mediātib⁹ modis modificātib⁹: que itellexit p̄hs cū dixit: possibile ē sedētē āmbulare ⁊ n̄ scribētē scribere. Scd̄s modus p̄uēit ex eo q̄ aliq̄ ꝯterminatio p̄t referri ad diuersa quē innuit Aristo. his exemplis. Quicunq̄z scit litteras nūc didicit illas. Qd̄ vnū solū pōt ferre plura pōt ferre. Ego posui te seruū existentē liberꝝ. Quiquaginta viroꝝ centū reliquit diuus Achilles. Tertius modus fit quando adsunt copule note disiūctionis ⁊ conditionis: quem patefecit his exemplis. Quinq̄z sunt duo ⁊ tria: paria ⁊ imparia. Tantūdē est maius equali ⁊ adhuc amplius quippiā. Ad has fallacias reducunt iste p̄positiones. Pōt predestinatus dānari ⁊ reprobatus saluari. Senex pōt esse puer. Preteritū pōt eē futurū. Frigidissimo pōt quippiā eē frigidius. O͞is gradus zodiaci potest esse supra nostrū horizonta. In omnes suas p̄tes pōt continuum esse diuisuz. O͞is p̄positio vel eius ꝯdictoria est falsa. O͞is hō vel asinus est asinus. O͞e aīal n̄ ē rōnale est hō. Hec sufficiant.

Dicit nono.

Secundū accentū in his q̄ sunt sine scriptura dyalecticus nō est idoneū facere orationē: in scripturis aūtē ⁊ poematibus magis: vt metuis longas pereunte noctes lydia dormis: alia lectio habet: nec gemē aeria cessabit turtur ab vlmo: ⁊ heu quia nam tanti cinxerūt ethera nimbi. Aristoteles inducebat carmina greca: sed translator latina: in quibus locus iste inueniretur.

Est aduertendū: accentus pertinet ad logicū quaten⁹ ad diuersitatē eius nascitur diuersa significatio ⁊ veritas p̄positionis: ⁊ maxime in dictionib⁹ ꝯsistit: p̄z in istis: pendere: populus: amo: hamo: ara: hara. Itez: hoc qd̄ quies pōt esse vnū solū nomen ⁊ nomen ⁊ verbū. vnitas aūt vocis s̄m materiā prout cōis est voci complexe ⁊ incomplexe ē causa apparentie in accentu. Et ē primus modus quādo vnius dictionis aliqua syllaba pōt habere diuersos accentus: qui cōmodissime decipit ī scripto: s̄m quē modum peccat hec o͞ro: bonum est iustos viros pendere. Secūdus modus est quādo eadē dictio potest p̄nūciari cū aspiratione ⁊ sine: iuxta quē modū formatur iste paralogismus. Quicqd̄ hamat hamo capitur: iste hō amatur: ergo hamo capitur. nec opus est concedere q̄ li h. sit l̄ra: quia tūc nō manerent eedē materialia: ⁊ iste modus decipit dūtaxat in prolatiōe: nunq̄̄z in scripto. Tertius modus ē quādo eadē vox pōt esse dictio ⁊ oratio: q̄ modus pōt fallere tam in voce q̄̄z in scripto: quāobrem hec o͞ro venit distinguenda. Deus p̄ducit folia ⁊ fructus in vite. H de accentu.

Postremo

ait philosophus. Que aūt p̄pter figuram dictionis sunt: accidunt qn̄ nō idem interpretat similiter. i. vt idē: vt masculinum femininū: vel femininū masculinū vel qd̄ inter hec est. i. neutrū: alteꝝ horum. Exempla: omnis substantia bona: o͞is equus s̄ba: o͞is equus bona: dicendū bonus: omnis hō natus ad virtutē: mulier est hō: ergo mulier est natus ad virtutē: dicendū nata: o͞is substantia bona: omne animal est substantia: ergo omne animal bona: dicenduz bonum. Uel rursus quale quantū: vel quantū quale: vel faciens patiens: vel dispositū facere ⁊ alia. s. predicamenta vt diuisum est prius. nam est aliquid qd̄ nō est eoruz que sunt facere vt eoꝝ que sunt facere aliquid dictiōe significare: vt valere similiter figura dictionis dr̄ ei qd̄ ē secare vl̄ edificare: quāuis illud quidē quale quid ⁊ affectum quodāmodo significet: quia valere idē est q̄ sanū esse: sanitas aūt nō actio vel passio sed qualitas est: h vero. s. secare ⁊ edificare facere aliquid indicant. eodem autem modo ⁊ in ceteris. propter igitur dictionem redargutiōes ex his locis enumeratis: equiuocatione: amphybologia: com/

positione: diuisione: accentu & figura dictionis existunt.
Aduertendum nuncupatur hec fallacia figure dictionis: quia sicut figura est exterior pars superficiei ita in hoc loco aliqua videntur esse eadem que non sunt: vnde causa apparentie est similitudo fantastica: hoc est similitudo dictionis ad dictionem: nam in hac fallacia nec nomen nec oratio plura significat: propterea operatur hec fallacia fantasticam multiplicitatem: causa defectus est diuersitas earum quo ad suppositiones & modos significandi. Est quoque locus hic in dictione: quia causa apparentie est similitudo vocis ad vocem quo ad modos significandi essendi: intelligendi: supponendi. Primus ergo modus huius fallacie committitur quando fit interpretatio modorum significandi vel quo ad numerum vel quo ad genus. Secundus est ex commutatione modorum essendi & predicamentorum: potest enim quid in quantum: quale & cetera commutari: & potest quantum in quale & econtra: predicamentis .n. correspondent diuersa interrogatiua & signa distributiua: vt sunt: quicquid: quantumcunque: qualecunque: vbicunque quotienscunque: vnde aliud est quod ad rem vnius predicamenti deducatur res altera alterius predicamenti: aliud est commutare rem vnius predicamenti in aliud: cum .n. dico: Sortes percutit Platonem: ergo Plato percutitur a Sorte: non accipitur res vnius predicamenti ac si esset alterius: sed denotatur quod ad rem vnius generis sequitur res alterius. Sub signo autem distributiuo substantie licet assumere nomina connotatiua & absoluta: cum valeat: quicquid est homo est animal: bicubitum est homo: ergo. sed hoc non conceditur aliis signis distributiuis sub quibus ea tantum incomplexa sumi debent que illis signis correspondent. Propterea hi discursus non colliguntur. Quantumcunque est .a. tantum est .b. .a. est lignum ergo .b. est lignum. Qualecunque currit disputat: Plato currit: ergo disputat. Quandocunque est accidens est suum subiectum: accidens est inherens: ergo & subiectum. hec de secundo capite & locis in dictione sufficiant.

Caput. 3.



orum vero qui extra dictionem sunt paralogismorum species sunt septem. Vna quidem secundum accidens. Secunda autem eo quod simpliciter & non simpliciter: sed quid est aut vbi aut quando aut ad aliquid dicitur. Tertia vero secundum elenchi ignorantiam. Quarta vero secundum consequens. Quinta autem secundum quod in principio est sumere. Sexta quod non est causam secundum causam sumere. Septima vero plures interrogationes vt vnam facere. Ergo secundum accidens quidem paralogismi sunt quando similiter quidlibet assignatum fuerit rei subiecte & accidenti inesse. Nam quoniam eidem accidunt multa non necesse est omnibus predicatis & de quo predicantur hec omnia inesse: nam omnia sic erunt eadem. Vt si coriscus alter est ab homine: ipse est a se alter: est enim homo. Aut si a sorte alter: sortes autem homo: alterum esse ab homine aiunt concessum esse: eo quod accidit a quo dixerit alterum esse hunc esse hominem. Secundum autem quod simpliciter dicitur hoc: aut quo & non proprie quando particulariter dicitur: vt simpliciter dictum ponitur. Vt si quod non est opinabile est quoniam quod est non est. non enim idem est esse quid & esse simpliciter. Aut rursus quoniam quod est non est. Si eorum que sunt quid non est: vt si non homo: non enim est idem non esse quid & simpliciter non esse. Videtur autem eo quod prima sunt dictione & parum differant esse quid & esse: & non esse quid & non esse. Similiter autem est: & quod est secundum quid & simpliciter: vt cum sit niger albus est dentibus indus: albus ergo & non albus est. Aut si ambo quoniam simul contraria inerunt. Huiusmodi autem in quibusdam omni considerare facile est vt si sumens ethiopem esse nigrum: dentibus dicat quoniam albus. Si ergo ibi albus quoniam niger & non niger putabitur disputasse syllogistice: cum perfecerit interrogationes. In quibusdam vero latet frequenter in quibus quandoque quo dicitur & simpliciter videtur sequi: & in quibus non facile est considerare vtrum eorum sit assignandum. Fit autem huiusmodi in quibus similiter sunt opposita. Videtur enim aut ambo aut neutrum esse concedendum simpliciter predicari: vt si dimidium quidem album: dimidium vero nigrum. vtrum album vel nigrum vel neutrum. Quoniam autem secundum quod non determinatur quid syllogismus: aut quid elenchus sed diminutionem fuerit rationis. Nam elenchus est contradictio eiusdem & vnius non nominis sed rei & nominis: non synonymi sed eiusdem. His que data sunt ex necessitate non connumerato quod erat in principio secundum idem: & ad idem & similiter & in eodem tempore. Eodem autem modo est & mentiri de aliquo. Quidam autem omittentes aliquid ex eis que data sunt videntur arguere: vt quoniam idem duplum. nam duo vnius quidem duplum: trium autem non duplum. Aut si idem eiusdem duplum & non duplum: sed non secundum idem. Nam secundum longitudinem duplum: secundum latitudinem vero non duplum. Aut si eiusdem & secundum idem & similiter: & simul: sed quare est apparens elenchus. Trahet autem aliquis in his que secundum dictionem. Qui autem in eo quod idem in principio erat sumere sunt quidem sic: & totidem modis quotiens contingit: id quod in principio est petere. Videtur autem arguere eo quod non possint inspicere idem & diuersum. Qui vero secundum consequens est elenchus: eo quod putent conuerti consequentiam. Nam sicut est hoc ex necessitate illud fit: & cum illud est putant & alterum esse ex necessitate. Vnde & que circa opinionem

sunt ex sensu fallacie fiunt. Sepe enim fel mel suspicati sunt: eo ꝙ sequitur rubeus color mel. Et quoniam accidit terram pluuia fieri madidam: ꝛ si sit madida opinamur pluisse: hoc autem nõ necessarium. Et in rhetoricis que sm signa sunt ex adiunctis insunt demonstratões: volentes enim ostendere: quoniã adulter: qd adiunctũ est accipiunt: quoniam cõptus: aut quoniam in nocte videtur errabundus. Pluribus autem hec quidẽ insunt: pdicatum vero nõ inest. Similiter autem ꝛ in syllogisticis: vt Melliss rõ quoniã infinitũ est vniuersum: sumens vniuersum quidẽ ingenitũ esse. Nam ex nihilo fieri. Quod aũt factum est ex principio fieri. Si ergo nõ factum est principiũ nõ hz vniuersum: quare infinitum. Non necesse est aũt hoc accidere: non. n. omne qd factum est principium habet: ꝛ quicquid principium habet factũ est velut nõ si febris est calor ꝛ calidum necesse est febrẽ esse. Qui vero sm nõ causam vt causam: cum assumitur qd nõ causa velut ꝓpter illud fiat redargutio. Accidit autem huiusmodi in syllogismis ad impossibile. nam in his necessarium interimere aliquid ex his que posita sunt. Si ergo enumeretur in necessarijs interrogationib⁹ ad qd accidit impossibile videbitur propter hoc fieri sepe redargutio. Ut quoniam nõ est aia ꝛ vita idem. Nam si corruptioni generatio cõtraria: ꝛ alicui corruptioni quedam erit generatio contraria. Mors aũt corruptio quedã ꝛ cõtrariũ vite: quare vita generatio ꝛ viuere generari. hoc aũt ĩpossibile: si ergo idẽ anima ꝛ vita. Non autem syllogizatũ est: accidit. n. ꝛ si nõ dicat aliquis idem aiam ꝛ vitam impossibile: sed solum cõtrarium quidẽ vitam morti cum sit corruptio: corruptioni aũt generationẽ. Ergo insyllogizate quidem simpliciter nõ sunt huiusmodi orationes: ad propositum autẽ syllogizate. Et latet plerũqz non minus ipsos ĩterrogãtes huiusmodi. Ergo ꝓpter cõsequẽs: ꝛ ꝓpter nõ causam huiusmodi argumẽtationes sunt. Qui autẽ in eo ꝙ duas interrogatiões vt vnam faciũt quãdo plures latet esse: ꝛ quasi vni⁹ assignatur responsio vna. In aliquibus facile videre quoniam plures: ꝛ quoniam nõ reddẽda responsio vna: vt vtrũ terra mare est aut celum. In aliquibus autẽ min⁹: ꝛ quasi vna sit: aut concedũt in eo ꝙ nõ respondeant ad interrogatum: aut redargui videntur. Ut putasne hic ꝛ hic est homo: quare cum aliquis percusserit hunc ꝛ hunc hominẽ: sed nõ homines percutiet. Aut rursum quorum hec quidem sunt bona: illa aũt non bona oia: aut bona: aut nõ bona. Utrũ enĩ dixerit: aut quidem elenchũ: aut falsum apparens videbitur facere. nam dicere eorum que non bona sunt aliquid esse bonum: aut eorum que bona sunt non bonũ falsum. Quãdoqz autem assumptis quibusdã: ꝛ elenchus fiet verus: vt si quis cõcedat similiter vnum ꝛ plura dici alba: ꝛ nuda: ꝛ ceca. Nam si cecũ est quod non habet visum natum autem habere: ꝛ ceca erunt q̃ nõ habent visum: nata autem habere. Quando ergo hoc quidẽ habet visum: illud autem nõ habet: ambo erunt vel videntia: vel ceca: qd est impossibile.

¶ Agitur presenti capite de septẽ locis sophysticis extra dictionẽ ꝛ hi sunt. Accidens. Scdz quid ꝛ simplr. Ignorantia elenchi. Petitio principij. Consequẽs. Nõ causa vt causa. Plures interrogatiões vt vna. Sũt aũt septem hoc fundamento: fallacia extra dictionẽ peccat ꝯtra syllogismum ꝛ elenchũ: aut in materia: ꝛ sic habetur plures interrogatiões vt vna: que quidẽ exigit propositionẽ plures: quã syllogismus ꝛ elenchus nõ permittũt: aut l forma. i. in ordine ꝓpositionũ vel terminoꝝ: cũ ꝓpositio ꝛ causa ꝛ notior conclusiõe sit: insurgũt non causa vt causa ꝛ petitio principij: at si in ordine terminoꝝ vitiũ sit: constituitur fallacia accidentis: si aũt nõ sit error in forma ꝓpositionum ꝛ terminoꝝ: tñ adsit vitiũ aduersus formã syllogisticam sm ꝙ vnũ deducitur ex altero: sic ꝓueniunt: cõsequens: ꝛ sm quid ꝛ simpliciter. Si aũt peccat ꝯtra elẽchum: hꝫ ignorãtia elenchi: prefatos locos extra dictionem Aristoteles prosequitur varijs documentis. Primum sit tale: propter ergo accidens paralogismi ꝛ captiones sunt: quãdo similiter quodcũqz assignatũ fuerit rei subiecte ꝛ accidenti inesse. i. subiecto ꝛ ꝑdicato. nã quia multa eidem accidunt nõ est necesse omnib⁹ predicatis ꝛ et de quo predicantur illa oia inesse. nam oia sic erunt eadem. Ut si coriscus alter est ab homine: ipse ẽ a se alter: est. n. hõ: aut sic sortes alter: sortes aũt ẽ homo: ergo dicunt sophyste ab homine alterum esse concessum: eo ꝙ accidit a quo dixerit alterũ: hunc esse hominẽ: quia bene sequitur: sortes ergo homo.

Considerandum est.

Capitur accidens in ꝓposito pro omni illo qd est extraneum illi prout sunt cõparata tertio: ꝛ ita superius inferiori accidere pñt. Sũt namqz disperata cõpossibilia respectu tertij. Superius aũt ꝛ inferi⁹ in relatione ad aliquã secundã intentionẽ plane dissentiunt: pñt. n. ratione alicuius esse extranee: quatenus ad tertium comparantur. Et cũ in premissis vt ordinãtur ad conclusionem seruetur forma syllogistica: cõmittetur captio propter accidẽs ex variatione medij: ꝛ extremoꝝ ĩ quauis figura: cõstat his exemplis: hõ est spẽs: sortes ẽ hõ: ergo. Item: triangulus habet tres per se ꝛ primo: figura est triangulus: ergo. Amplius. Sortes nõ est spẽs: hõ est spẽs: ergo. Huius fallacie duo solent assignari modi. Primus ꝯsurgit ex suppositione simplici ꝛ ꝑsonali. Secũdus quãdo accidens ꝛ attributũ diuisim cõueniunt rei subiecte ꝛ creduntur cõuenire cõiunctim. hec de accidẽte.

Secundum documentū sit tale. Scdm aūt qd simplr dicit hoc: aut quo. i. illud aliquo mō: ⁊ nō proprie ⁊ pcipue: ⁊ vlis cā deceptionis in hac fallacia est qn qd in parte seu particulariter: vt simplr dictum sumit: vt si nō ens vt chymera est opinabilis: g nō ens est. i. chymera est: nō. n. idez est eē quiduis. i. opinabile ⁊ intelligibile ⁊ esse simplr. Item: nō valet: leo nō est hō: ergo nō est: nō enim idez est non esse quiduis ⁊ nō esse simplr: appet aūt ⁊ presertiz imperitis parū aut nihil differre: esse qd ⁊ eē: non esse qduis ⁊ nō esse. Similiter indus cum sit totus niger albus est dentibus: ergo albꝰ ⁊ nō albus: aut si ambo aliquo mō: vt dicēdo: cato est sanus capite ⁊ eger corde: ergo est sanus ⁊ eger: verū qn dictum sm qd ⁊ simplr magno inter se distant interuallo: tunc facile deprehendit dicta: at qn est maxima eoꝝ cōuenientia perarduū est vitiuz deprehēdere: vt pz de scuto cuius vna medietas sit alba ⁊ alia nigra. Dictū ergo sm qd est dictio sumpta cū determinatione distrahete: ampliante vel diminuente.

Tertium documentū sit tale. Que aūt sunt pp id qd nō determinat qd est syllogismus aut qd elēchus seu redargutio: fiunt pp omissionē alicuius particularū diffinitiōis elenchi: nam elenchꝰ est cōtradictio vnius ⁊ eiusdē nō nois tantū sed rei: ⁊ nois nō sinonimi. i. multiuoci sed eiusdē: ex his que data sunt ex necessitate nō cōnumerato eo qd erat in pricipio sm idem: ad idem: ⁊ similr ⁊ in eodē tēpore: trahit autez aliquis hanc fallaciā ⁊ in eas que sunt pp dictionē: nam in fallacijs pp dictionē nō argumētamur ad idez significatuz ⁊ neqz sm idē ⁊ similiter: quo sit vt hec deceptio ⁊ locus in dictione ⁊ extra possit noiari. Unde ignorātia elēchi generalis peccat qdez contra oēs particulas positas in diffinitiōe elenchi de cuius rōne est inferre: probare ⁊ cōtradicere: ignorātia elenchi specialis peccat aduersus pticulas quas elenchus addit supra syllogismuz: q̄ sunt quattuor: ad idem: sm idem: similr ⁊ in eodē tēpore.

Quartum documentū sit tale. Que aūt pp id qd in principio erat sumunt: fiunt quidē sic ⁊ tot modis quot modis cōtingit id qd in principio est petere: vident aūt redarguere: eo g non possis inspicere idem ⁊ diuersuz. i. si est idem et qd a principio positū est: an diuersuz: si ēt magis aut eque ignotū. Unde pñs locus differt ab alijs quātū ad principiū motiuū: nam in illis cā apparētie est idētitas siue vocis siue rei: sed in petitione principij cā apparētie est apparens diuersitas: eo. n. g aliqua apparent esse diuersa que non sunt: causat petitio principij: cā defectus est realis idētitas. Amplius petitio principij peccat cōtra pbationez: ois nāqz probatio est p notiora: de petitiōe principij traditur. 2. prioꝝ vt erat cōe vitiū demonstratori ⁊ dyalectico: vel quatenꝰ ꝯsequebat syllogismū circularē. Et est petitio principij sm veritatē qn procedit ab eque noto vel minus noto sm naturā ad magis notum nā. in. 8. topicoꝝ agitur de petitione principij sm opinionē que ē qn ab eque noto vel minus noto quo ad nos tendimus in magis notū nobis: nunc agitur de petitiōe principij vt est principiū decipiēdi vel reducēdi respondentez ad redargutionē ⁊ quatenꝰ addit cām apparētie supra syllogismū dyalecticū. Considerāduz est g multis modis fit petitio principij que nō cōmittit si predicatū aliqd sumatur qd euidētius predicet in antecedēte q̄ ꝯñte ⁊ est difficile nosse qn predicatū notius est de antecedente q̄ de ꝯñte: certuz tn̄: accidētia cōia prius inesse indiuiduis q̄ speciebꝰ: accidētia vero ppria prius speciebꝰ q̄ indiuiduis: ⁊ est petitio principij sepenumero bonꝰ syllogismus dyalecticus non demōstratiuus. Inductio quoqz pōt petere principiū sm g sumunt singulares magis note vel minus note q̄ vniuersales.

Quintum documentū sit tale. Que vero propter consequēs est redargutio: nō ē g putent conuerti ꝯsequentiā. nā si cū hoc ē: ex necessitate illud sit: ⁊ cū illud ē putant ⁊ alterū esse ex necessitate: pz his exemplis. Mel ⁊ fel sunt flaui coloris: ergo mel ē fel. Itē: pluit: ergo terra ē madida: ergo si ē madida pluit. Itez: comptus: ergo adulter: ergo noctu errabūdus. Amplius: nō valet: eē qd factū est principiū habet: ergo quicquid principiū habet factuz est: quēadmodū neqz si febricitans calidus: etiā calidū necesse est febrire. Unde in hoc loco sophystico illa ppositio que est antecedens palliate est cōsequens re vera: ⁊ econtra: denominatur itaqz hic locus a consequēte qd est nō debitū ꝯñs ⁊ nō debitū ꝯñs veꝝ est añs. Et dicit Egidiꝰ in hac fallacia semp eē progressum a positione ꝯsequētis: siue argumētatio sit affirmatiua siue negatiua: quia cōtrarius ordo ē in terminis affirmantibus ⁊ negātibus. Causa apparentie ē apparēs idētitas ꝯñtis ad ans. Cā defectus est realis diuersitas inter illa: neqz requirit alterā fore bonā consequentiaz sed sat est g vna sit magis apparens q̄ alia: neutra. n. istaruz colligit. Comptus: ergo adulter. Adulter: ergo cōptus. Ad hanc fallaciam reducunt modi arguendi ab inferiori distributo ad superius distributū. A termino stante cōfuse tantū ad eundē stantez determinate respectu eiusdē distributionis vel synchategorematis. A termino stāte determinate ad eundē stantē distributiue. Modus arguendi ex affirmatiuis in secunda figura: modo ex cōclusione vtraqz premissaꝝ deducat: vnde sequele iste n̄ colligūt: inter oē instans futurū ⁊ presens est momentū mediuz: ergo est aliquod momentū mediū inter oē instās futuruz ⁊ momentū. Itē post omnē diē pōt eē aliqua dies: ergo aliqua dies potest esse post omnē diem. Omnis forma potest materia priuari: ergo materia pōt priuari oi forma. Iccirco scitis regulꝭ ꝯsequētiaꝝ facile cognoscat vbi eueniat fallacia ꝯsequentis.

Sextum documentū sit tale. Que vero propter nō causam vt cām: cū assumit qd non causa ē: tāquā propter illud fiat redargutio: accidit autez tale: ad impossibile syllogismis: necessariū. n. ē in his aliquid interimere ex his que posita sunt: si ergo enumeret inter necessarias ppositiones ad ostensionem falsi aliqua alia ppositio: ipsa videbit esse causa que tn̄ nō erit causa: vt causa mouet ad decipiendū: sed vt nō causa principiū est falsitatis: q: propter illud non fit illatio: sed eo ablato vberius sequeretur īpossibile: vt qd nō est aīa ⁊ vita idē: sic arguendo: aīa ⁊ vita sunt idē: sed si gnātio corruptiōi sit cōtraria ⁊ alicui corruptioni erit quedā gnātio contraria. mors aūt est quedam corruptio ⁊ cōtraria vite: ergo vita erit generatio: ergo viuere generari: hoc aūt impossibile: nō ergo idē aīa ⁊ vita: nequaquā collectū ē. nā accidit impossibile tamētsi quis n̄ dicat: aīa ⁊ vita sunt idē: sed solū dicat vitā cōtrariū mori: mortēqz esse corruptionem ⁊ corruptioni generationē cōtrariari: huiusmodi ergo orationes nō sunt simplr insyllogizatē: sz incollectiles sunt ad propositū: ⁊ latet plerūqz nō minus ipsos interrogantes qd tale est: propter igit consequēs ⁊ propter nō causam orationes huiusmodi sunt: vnde inter hos duos locos ꝯuenientia est. Primo q: in vtroqz adsunt due cōsequentie. Scdo sicut in ꝯñte est quedā consequentiaruz reciprocatio ita in nō cā vt causa. Quare licet in omni loco sophystico antecedēs videat esse causa ꝯñtis: ob hoc tamē non ois locus vocatur nō causa vt cā: sz est fallacia

sm nō causam vt causa quādo aliqua propositio apparet esse causa conclusionis propter aliquam similitudinem quam habet ad illam que est causa que tamen nō est causa: in argumentatione enthimematica nō cōmittitur hec fallacia. causa apparentie huius fallacie est apparens cōuenientia cause non vere cum causa vera: causa defectus est diuersitas realis: ⁊ sublata propositiōe non causa efficitur bonus syllogism9: predicti loci duo modi assignantur. Primus est quando accipitur aliqua propositio superflua ad illationem que apparet esse causa falsitatis cōclusi: non tamen est propter eam falsum conclusum. Secundus modus est quando non capitur propositio superflua illationis falsi: sed quando propter eius falsitatem non est conclusio falsa: ⁊ hac lege peccant omnia sophysmata in quibus quelibet pars antecedentis est possibilis: vna tamen est alteri incompossibilis: ⁊ potest hec fallacia reperiri in syllogismis ostensiuis ⁊ ducentibus ad impossibile: cōmodius tamen in syllogismis ad impossibile.

Septimum documentum sit tale. Que vero propter id quod est duas interrogationes vnam facere: quando latet plures esse: ⁊ proinde ac vna sit: assignatur responsio vna. In aliquibus facile est videre ꝙ plures ⁊ ꝙ non danda est vna responsio: vt vtrum terra mare est an celum. In aliquib9 vero minus est facile videre plures interrogationes esse ⁊ quasi vna sit: aut confitentur eo ꝙ nequeunt respondere ad interrogatuꝫ: aut redargui videntur: vt putas hic ⁊ hic est homo: ergo cuꝫ aliquis percusserit hunc ⁊ hūc percutiet hominē ⁊ non homines: aut rursus sint hec bona: illa autē non bona: vtrum oīa hec bona sint an non bona: nam vtrūuis dixerit: est qdeꝫ aut vere redargutus si cōcedat partē affirmatiuā: aut apparenter si negatiuā. Quandoqꝫ autē assumptis quibusdā redargutio etiā fiet vera: vt si quis concedat similiter ⁊ vnum ⁊ plura dicta alba ⁊ nuda ⁊ ceca: nam si cecum est quod nō habet visum natum tamen habere: ⁊ ceca erunt que nō habent visuꝫ: nata autem habere: quādo igitur hoc quidem habet visum: illud auteꝫ non habet: ambo erunt vel videntia vel ceca: qd̄ est impossibile. Unde plures interrogationes vt vna fieri possunt per nomen equiuocum: vt dicendo: currit ne canis: ⁊ tunc causa apparentie est ex vnitate vocis ⁊ est locus in dictione: sepe fit sine equiuocatione: nam interdum propter similitudinem due interrogationes videntur esse vna ⁊ non sunt propter aliquam conuenientiam quaꝫ voces habent: ⁊ cum voces possint sumi vt voces ⁊ signa ⁊ vt res quedam: causa apparentie est conuenientia rerum interrogatarum: vel identitas apparens vnius interrogationis ad plures: causa defect9 est realis diuersitas. Et huius fallacie primus modus ē quando aliquid interrogatur in numero singulari: vt est ne hic ⁊ hic homo: demonstrato sorte ⁊ leone: si affirmatiue respondes: vere es redargutus: si negatiue: apparēter tantum. Secundus modus est quando aliquid interrogatur in numero plurali: vt demonstrato ceco ⁊ vidente: si quispiaꝫ querat: sunt ne ista videntia vel non. si affirmatiue respondeatur: vera est redargutio: nam ista ppositio: isti sunt videntes significat ꝙ vterqꝫ est vidēs. si vero negatiua detur responsio: apparens tantuꝫ est redargutio: si tamen eodem modo diffiniatur res in singulari ⁊ plurali causatur vera redargutio: vnde non bona nihil prohibet magis esse eligenda bonis: quia non bona potest importare quorum nullum est bonum: vel quorum vnum est malum ⁊ alterum bonum. hactenus de locis extra dictionem.

Capitul.4.



Ut ergo sic diuidētes apparētes syllogismos ⁊ elenchos: aut omnes reducendū in elenchi ignorantiā: his qui hanc principium faciunt. Est enim omnes resoluere dictos modos in elenchi diffinitionē. Primū quidem si immodificati. Oportet enim ex his que posita sunt accidere conclusionē: vt dicat ex necessitate: sed nō videatur. Deinde ⁊ sm partes diffinitionis. nā eorum que sunt in dictiōe: hi quidem sunt sm duplex: vt equiuocatio ⁊ oratio: ⁊ similis figuratio. Consuetū enim est hec omnia vt hoc aliquid significare. Compositio autem ⁊ diuisio ⁊ accentus in eo ꝙ nō eadem est oratio: vel nomen differens. Oportebat autem ⁊ hoc: queadmodū ⁊ rem eandē si debeat elenchus vel syllogismus fieri. Ut si tunica nō vestis sed tunica syllogizetur. nā verum ⁊ illud sed nō syllogizatū est sed adhuc interrogatione indiget: quoniaꝫ idem significat: ⁊ ad eum qui interrogat quare. Qui vero sm accidens diffinito syllogismo manifesti fiunt. nam eandem diffinitionē oportet ⁊ elenchi fieri verum adiacere contradictionē. nam elenchus syllogismus est contradictiōis. Si ergo non est syllogismus accidētis nō fiet elench9. Nō enim si cum hoc sit necesse hoc esse: hoc autem est albuꝫ necesse est albū esse per syllogismum. Neqꝫ si triangulus duobus rectis equales habet tres angulos: accidit autem ei figuram esse vel primū vel principiū: quoniaꝫ figura vel primū vel principiuꝫ hoc est. Non enim ꝙ figura in eo ⁊ ꝙ primū vel principiū: sed in eo ꝙ trianguli demonstratio. Similiter autem ⁊ in alijs. Quare si elench9 est syllogismus quis nō erit qui sm accidens fit elēch9. Sed sm hoc ⁊ artifices ⁊ omnino scientes arguuntur ab inscijs: sm accidens enim faciūt syllogismos cōtra sapientes. Qui vero nō possunt diuidere aut interrogati concedunt: aut cum nō dent putantur dedisse. Qui autē sm quid ⁊ simpliciter: quoniā nō de eodē affirmatio ⁊ negatio. Nā sm quid albuꝫ sm qd non album: simpliciter autē albi: simpliciter non album negatio. Si ergo dato sm quid esse album vt simpliciter datū accipit nō facit elenchum. Uidetur autē eo ꝙ ignoratur quid est

elenchꝰ. Manifestissimi aūt omniū q̄ prius dicti sunt ſm elenchi diffinitiones: quare ⁊ nuncupati sunt sic. Nam ſm rónis omissioné fantasia fit. Et diuidétibus sic: cómunis in omnibus his ponenda est orationis diminutio. Qui vero in eo ꝙ sumitur hoc qđ erat in principio: ⁊ nó cā vt causa ponitur manifesti fiunt per diffinitioné. Oportet etenim cóclusiones eo ꝙ hic sunt finit accidere: qđ nó erat in non causis. Et rursum nó enumerato eo quod ex principio: quod nó habent qui sunt ſm petitionem eius qđ in principio. Qui vero ſm cósequens: partes sunt accidentis. Nam consequens accidit. Differt autē ab accidéte: qm̄ accidens quidé est in vno solo sumere: vt idē esse rubeū: ⁊ mel: ⁊ album: ⁊ cignum: q̄ autē ſm cósequés semper in pluribus. Nāq3 que vni ⁊ eidem sunt eadem: ⁊ sibiinuicem probamus esse eadem: propter quod fit ſm consequens elenchus. Est autē non omnino verum: vt si fit ſm accidens: nam nix ⁊ cignus albo idem. Aut rursum vt in mellissi ratione: idem esse accipit factum esse ⁊ principiū habere: aut equalia fieri: ⁊ eandem magnitudinem accipere. Quoniam enim quod factum est habet principium: ⁊ quod habet principium factum esse probat tanq̄ ambo eadem sint quicquid in eo ꝙ principium habent: factum esse ⁊ terminatum. Similiter autem ⁊ in his que equalia facta sunt si eandé magnitudinem ⁊ suméāt: equalia fiunt: ⁊ que equalia facta sunt: vnam magnitudiné accipiunt: quare consequens sumet. Quoniā ergo ſm accidés elenchus in ignorantiam elenchi est manifestum est quoniam ⁊ qui ſm cósequés. Perspiciendū autem hoc ⁊ aliter. Qui vero in eo ꝙ plures interrogationes vnā faciunt in eo ꝙ non enodamus propositionis diffinitionem. Nam propositio vnum de vno est: nam eadem diffinitio vnius solius ⁊ simpliciter rei: vt hominis ⁊ vnius tantū hominis: similiter autem ⁊ in alijs. Si ergo vna tantum propositio est: que vnū de vno assignat: ⁊ simpliciter erit propositio huiusmodi ⁊ interrogatio. Quoniam autem syllogismus ex propositionibus est: elenchus autem syllogismus: ⁊ elenchus est ex propositionibus. Si ergo propositio vnū de vno manifestū quoniam ⁊ hoc est in elenchi ignorantiā. Videtur enim esse propositio que nó est ꝓpositio. Si ergo dedit responsioné vt ad vnā interrogationem erit elenchus. Si autē non dedit ſ3 videtur apparens elenchus. Quare omnes loci cadunt in ignorantiā elenchi. Ergo qui sunt ſm dictioné: quoniā apparens contradictio: qđ erat propriū elenchi. Alij aūt ſm syllogismi diffinitionem.

